DE

AESCULAPI FIGURA.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE
ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS RITE
IMPETRANDOS

SCRIPSIT

AEMILIUS LOEWE
LUDWIGSBURGENSIS.

ARGENTORATI
J. H. ED. HEITZ (HEITZ ET MÜNDEL SOCII).
MDCCCLXXXVII.

IN MEMORIAM PARENTUM CARISSIMORUM.

Ἰητὴρ πάντων Ἀσκληπιέ, δέσποτα Παιάν,
θέλγων ἀνθρώπων πολυάλγεα πήματα νούσων
ἠπιόδωρε, κραταιὲ μόλοις κατάγων ὑγιείαν
καὶ παύων νούσους χαλεπὰς θανάτοιό τε κῆρας.
Orph. Hym. 67.

Praefatio.

Aesculapio in veteribus artium monumentis ficto primus operam dedit C. O. Müller[1], dein Panofka[2], Welcker[3], Robiou[4], Collignon[5], Baumeister[6], Thraemer[7]. Cum tot viri doctissimi hoc de deo scripserint, fortasse is, qui denuo ad hanc materiam aggrediatur, ut Graeci dicunt, γλαῦκας Ἀθήναζε portare videbitur. Qua de causa pauca mihi hoc loco praemonenda sunt, quamobrem rursus ad Aesculapium describendum accesserim, neque alium ex magno illo numero deorum vel dearum elegerim, cui operam navarem. Nam Thraemer, (qui de Aesculapio postremus egit), quamquam materiam diligentissime et uberrime collegit, tamen in monumentis

1 Handbuch der Archaeologie § 394 p. 632 sq.

2 Abhandlungen der kgl. Akademie der Wissenschaften zu Berlin 1845 p. 271 sq., 327 sq.

3 Gr. Götterlehre II, p. 740.

4 Daremberg et Saglio, Dictionnaire des antiquités I p. 124 sq.

5 Mythologie figurée de la Grèce L. V p. 311 sq.

6 Denkmäler des klassischen Altertums I p. 136 sq.

7 Ausführliches Lexikon der gr. und röm. Mythologie herausgegeben von W. H. Roscher p. 615 sq.

disponendis rationem historicam minime secutus est. Ego vero in sequentibus id potissimum agam, ut quales Aesculapi formae singulis saeculis exscultae, quae ex uno in alterum locum translatae sint demonstrem. Errat autem, si quis putaverit nos unquam *accurate* cognoscere posse, quae ratio inter singulas formas intercedat, qua quisque aetate, quove loco exculta sit; his potissimum de causis: Primum et Epidauri et Pergami, ubi Aesculapius ante ceteros deos colebatur, pauca eaque recentioris aetatis monumenta in lucem edita sunt, dein anaglyphorum Athenis anno huius saeculi 76 repertorum perpauca publici iuris facta sunt, ut catalogis non delineationibus fidem habere cogamur. Praetera omnino caremus et vasibus pictis et speculis, quae Aesculapium exhibeant. Cuius rei causa inde petenda mihi videtur, quod hic deus novicius in fabulis rarissime locum habet.

Facillime intelligas me ex libris de Aesculapio scriptis haussisse, inprimis ex Thraemeri commentatione, quem primum fere omnia monumenta respexisse dixi; neque vero labori peperci, ut apparatum efficerem, quam maxime possem absolutum et perfectum, inprimis materiam inde a Thraemeri tempore rursus auctam in meum usum contuli.

CAPUT PRIMUM.

De Aesculapi simulacris antiquissimis.

Inter primordia artis Graecae locum habere videtur vetustissimum illud simulacrum ligneum, Spartae servatum, quod Pausanias[1] his verbis describit: ,,Τὸ δὲ τοῦ Ἀγνίτα πεποίηται μὲν ἐν δεξιᾷ τοῦ Δρόμου, Ἀσκληπιοῦ δέ ἐστιν ἐπίκλησις ὁ Ἀγνίτας, ὅτι ἦν ἄγνου τῷ θεῷ ξόανον.“ Quomodo autem artifex ille deum effinxerit, non comperimus neque, cum nummi deficiant, coniciendo verum attingemus[2].

Paulo accuratius disserit idem Pausanias[3] de statua, quam Titanae in urbe Sicyoniae vidit: «Τὸ δὲ ἄγαλμα (sc. Ἀσκληπιοῦ) οὔτε ὁποίου ξύλου γέγονεν ἢ μετάλλου μαθεῖν ἐστιν, οὔτε τὸν ποιήσαντα ἴσασι, πλὴν εἰ μή τις ἄρα εἰς αὐτὸν τὸν Ἀλεξάνορα ἀναφέροι. φαίνεται δὲ τοῦ ἀγάλματος πρόσωπον μόνον καὶ ἄκραι χεῖρες καὶ πόδες· χιτὼν γάρ οἱ λευκὸς ἐρεοῦς καὶ ἱμάτιον ἐπιβέβληται.» Memoratu praecipue dignum est, quod Aesculapius praeter pallium chitone vestitus est, cum deus sedens in sola statua Romanorum aetate sculpta chitone manicato[4] indutus sit.

Sequuntur artifices quorum nomina nobis notissima sunt, Dionysium dico et Calamidem. Et *Dionysius* quidem *Argivus*, qui anno circiter 460 floruit[5], Olympiae

[1] III 14, 7.
[2] Sed cfr. Gerhardi, Gesammelte Abhandlungen t. 59.
[3] II 11, 6.
[4] Matz-Duhn 54.
[5] cfr. Brunn, Künstlergeschichte vol. I p. 62.

Aesculapi et Hygiae simulacra fecit e numero eorum, quae a Micytho Anaxilae Rhegini liberorum tutore e voto posita erant[1]. *Calamidis* autem statuam Pausanias tam copiosis verbis describit, ut satis clare cogitatione et mente formam eius repraesentare possimus. Periegetae[2], autem verba sunt haec: «ἐσελθοῦσι δὲ ὁ θεός ἐστιν οὐκ ἔχων γένεια, χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος, Καλάμιδος δὲ ἔργον· ἔχει δὲ καὶ σκῆπτρον καὶ ἐπὶ τῆς ἑτέρας χειρὸς πίτυος καρπὸν τῆς ἡμέρου.[3]» Aesculapius igitur imberbis altera manu sceptrum, altera nucem pineam tenebat. Similiter in operculo[4] eburneo capsae, qua medicamenta conduntur, infima artis Romanae aetate facta fingitur Aesculapius altera manu nucem pineam[5], altera baculum tenens, cui serpens obvolvitur. Deum autem, cum Pausanias rem contrariam non tradat, stetisse verisimile est. Nihil ex nummis Sicyoniis[6] lucramur, quippe qui typum exhibeant cum ipsis Pausaniae verbis minime congruentem. Calamidem[7] autem Aesculapium imberbem repraesentantem non tam suum arbitrium, quam Sicyoniorum opinionem secutum esse pro certo haberi potest.

In fine huius capitis nobis commemorandus est

1 Pausanias V 26, 2.

2 Pausanias II 10, 3.

3 cfr. V. Hehn, Kulturpflanzen und Haustiere p. 256.

4 Jahrbücher des Vereins von Altertumsfreunden im Rheinlande vol. LII t. 1 (p. 127).

5 Pinum praeterea cum Aesculapio coniunctam videmus in tabula votiva Atheniensi (apud Sybelium sub 4092), quae baculum Aesculapi, cui serpens obvolvitur et duas nuces pineas repraesentat; tum in ara musei Pii Clementini (Beschreibung der Stadt Rom II. 2. p. 271), quae duas serpentes exhibet nucem pineam in ara positam petentes.

6 J. of h. st. VI p. 79, 9; 13.

7 Nummum Tanagraeum (AZ 1883 p. 256; 1885 p. 263) non imaginem operis reddere, quod Calamis Tanagreis (Pausanias IX 20 4) fecerat, Wolters (AZ 1885 p. 264) suo iure mihi videtur negare.

nummus Larisaeus[1] altera fere saeculi quinti parte cussus, cum antiquissimum opus sit, quod ipsum Aesculapium nobis praebeat. Deum vides stantem, indutum pallio, serpenti ante ipsum surgenti cibum ex patera praebentem. Quo in nummo maxime animos in se convertit serpens cum deo coniuncta, propterea quod, cum Thessali serpentem ita cum deo sociare in deliciis habeant, Athenienses prorsus aliter agere paulo infra videbimus.

Quid haec bestia, quae praeter Aesculapium et Hygiam aliis quoque deis et deabus attribuitur[2], in cultu deorum atque in fabulis veterum significet, quaesivit Maehly[3]. Hoc loco eam solam huius quaestionis partem tractabimus, quae ad Aesculapium ipsum pertinet[4]. Atque in scholiis ad v. 733 Aristoph. Plut. serpens deo adiungitur «ἐπειδὴ τὸ γῆρας ἀποβάλλει καὶ ἡ ἰατρικὴ δὲ φυλάττει φύσει τὸ νέον, ἐξωθοῦσα τὰ νοσήματα» vel «ἐπειδὴ γὰρ οἱ ὄφεις τὸ παλαιὸν

1 Cadalvene, Recueil de monnaies grecques pl. I 9 p. 122. = Catalogue of greek coins in the British Museum, Thessaly to Aetolia p. 28/44, plate V 9.

2 cfr. Artemidori ὀνειροκριτικά l. II, c. 138: „καὶ θεοὺς πάντας, οἷς ἐστιν ἱερός. εἰσὶ δὲ οἵδε Ζεὺς Σαβάζιος Ἥλιος Δημήτηρ καὶ Κόρη Ἑκάτη Ἀσκληπιὸς Ἥρωες.“ His deis addas Minervam, Bacchum, Apollinem, Furias.

3 Die Schlange im Mythus und Kultus der klassischen Völker.

4 Cum Maehly, qui libellum suum scripsit anno h. s. 72 figuram illam in zophoro Pergameno sculptam, quam vulgo «Schlangentopfwerferin» appellare solent, nondum respicere potuerit, hic quaedam addere liceat. De dea illa his diebus Roscher egit (Neue Jahrbücher für Philologie und Pädagogik 1886 p. 225 sq.), ut huic deae aut Furiae, aut Hygiae nomen dari posse demonstraret. Equidem esse negaverim hanc figuram Hygiam. Dubitaverim enim Hygiae nomen, quippe quae semper ita effingatur, ut serpentem ex patera nutriat et cum hoc animali ut ita dicam, pietate quadam coniuncta videatur, illi dare feminae, quae lagenam serpente cinctam teli modo in hostes iniciat. Quamquam difficultates obstant, si hanc figuram Furiam dicimus, tamen non tantae mihi videntur esse, ut impediant, quominus Roscheri priorem sententiam probemus. cfr. Trendelenburg, Die Gigantomachie des pergam. Altars; Journal of h. st. 1886 p. 262 sq.

αὐτῶν ἀπεκδυόμενοι δέρμα ἀεὶ νεάζουσιν· οὕτως καὶ ὁ θεὸς τῶν ἀσθενούντων τὰς νόσους, οἷά τινα λεβηρίδα ἀποῤῥίπτων νεάζοντας δείκνυσιν.» Contra Plinius[1] ita refert: «inesse *ei* (sc. serpenti) remedia multa creduntur, ut digeremus, et ideo Aesculapio dicatur.» Tertiam explicationem Festus profert s. v. «dracones»: «dracones dicti ἀπὸ τοῦ δέρκεσθαι[2], quod est videre. Clarissimam enim dicuntur habere oculorum aciem . . . . ideoque Aesculapio attribuuntur, quod vigilantissimi generis putantur, quae res medicinae maxime necessaria est.» Quarum trium sententiarum verisimillima Pliniana videtur, qua cum Panofkae[3] coniectura consociari potest primam, qua Aesculapius cultus sit formam, serpentis fuisse, cum hoc habitu deus Sicyonem[4], Balagras[5], Romam[6] transvectus sit. Contra Welcker[7] cum artem oracula dandi ita cum arte aegrotis medendi coniunctam putet[8], ut antiquissimis temporibus ars medica eadem fuerit atque ars vaticinandi, Aesculapi cultum a serpente oracula dante deducit. Et profecto serpens vaticinans compluribus in fabulis ut Polyidis, Jamidarum locum habet. Welckerum autem proxime ad Panofkae sententiam accedere ex verbis[9] apparet, quae sequuntur: «das Thier, durch welches geweissagt wird, nimmt von

[1] Plinius, N. H. XXIX 72.

[2] cfr. Horatius serm. I 3 26: Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum quam . . . . . . serpens Epidaurius.

[3] l. l. p. 287.

[4] Pausanias II 10, 3.

[5] Pausanias III 23, 4.

[6] Livius X 47 6, 7, epitome XI. — Ovidius metamorph. XV 622-744;. — Val. Maximus l. I c. VII, extr. § 10 VIII 2. — Augustinus de c. d. III 17, 2. — Arnobius VII 41. — cfr. Plinius, N. H. XXIX 72.

[7] Gr. Götterlehre II p. 734.

[8] Gr. Götterlehre p. 734. — cfr. Revue archéologique IIIe série IV 1884 p. 133 (S. Reinach).

[9] l. l. p. 736.

selbst und notwendig Heiligkeit und Göttlichkeit an, und wenn in Griechenland irgend von symbolischem Thierdienst die Rede sein kann, so ist aus ihm der des Asklepios abzuleiten.» Graecos serpentes Aesculapi ministros putasse cognosces cum ex Aristophanis Pluto [1], tum ex titulo Epidaurio [2], ubi serpentes lambendo aegros sanasse narrantur. Aeliani [3] testimonio serpentes pestilentiam appropinquantem praesentiunt. Quae cum ita sint, non mirum videtur, quod Pausanias [4] memorat in sacro Aesculapi Epidaurio serpentes ali solitas esse; inprimis genus quoddam serpentum innoxiarum, cui nomen erat παρειάς vel παρούας [5] Aesculapio sacrum erat.

CAPUT ALTERUM.

De Aesculapio Atheniensi [6].

I. De tempore, quo Aesculapi cultus Athenas deductus sit.

Aesculapi, cuius cultum Athenienses ab Epidauriis [7] deduxerunt fanum [8] sub arce Athenarum, qua ad meridiem spectat, situm erat. Prima autem apud Atticos Aesculapi eiusque liberorum mentio fit apud Hermippum [9] iambo-

1 v. 733 sq., 740.

2 Ἐφημερὶς ἀρχαιολογική 1883 p. 215, 113 sq.

3 περὶ ζῴων VI 16.

4 II 28, 1.

5 Aelianus περὶ ζῴων VIII 12.

6 cfr. Girard, L'Asclépicion d'Athènes.

7 Pausanias II 26, 7.

8 Schol. in Aristoph. Plutum 621. cfr. quoque Ath. mitt. 1877 p. 176/1. — Falso Aesculapi sacrum Phalereum exstitisse ex Plini N. H. II 25 Sybel conclusit. (Ath. mitt. 1885 p. 97). cfr. Wilamowitz, Isyllos p. 190.

9 Schol. in Aristoph. Plut. v. 701.

graphum, qui circiter annum 420 a. Chr. n. floruit[1]. Post Hermippum Aristophanes in Pluto, primum 408, iterum 388 acta Aesculapium in scaenam inducit. Quibus ex scriptoribus discimus hunc deum saeculo V ex. ab Atheniensibus iam cultum esse, qui antea Alconem[2] et ἥρωα ἰατρὸν[3] quendam venerabantur. Accedit tertio loco prior Hippolytus Euripidea[4]. Koehler[5] enim, cum Epidauri[6] in finibus sacri Aesculapi loci monumentum Hippolyti et « Ἀφροδίτης ἱερὸν καὶ Θέμιδος » exstructa, Athenis autem apud templum Aesculapi monumenta Hippolyti et fana Veneris et Themidis aedificata essent, haec sacra cum Aesculapi cultu Epidauro Athenas translata esse coniecit. Quod si Koehler recte statuit, et si fabulam Hippolyti eo demum tempore in scaenam productam esse censemus, cum cultus huius herois Athenis notus esset, prior Hippolytus Euripidea testis est Aesculapi cultum iam ante bellum Peloponnesiacum Athenas migrasse et iam ea aetate aedem Aesculapi sub arce Athenarum conditam fuisse. In altera autem Hippolyto Euripidea, quae acta est anno 428, iam templi « Ἀφροδίτης ἐφ' Ἱππολύτῳ » mentio fit[7], qua ex re colligendum est Aesculapi templum iam exstitisse. Sed praeterea in hac quaestione, quo fere tempore arx Athenarum bellicas arcis vices gerere desierit, scire refert, cum tum demum Aesculapi fanum aedificari potuerit. Cum Cimoni totam arcem moenibus cingere in animo esset, quod consilium non solum in meridionali et orientali, sed etiam ex parte in occidentali et septentrionali arcis latere paene ab eo

1 Wilamowitz, Kydathen p. 170; Isyllos p. 83/58.
2 cfr. Sophoclis vitam § 11. (Jahn-Michaelis, Elektra p. 11.)
3 C. I. A. II 1, 403, 404; Hermes VIII p. 355 (G. Hirschfeld).
4 Isyllos p. 83/58.
5 Ath. mitt. 1877 p. 176.
6 Pausanias II 27/4, 6.
7 v. 32.

ad exitum perductum esse nuperrime patefactum est, Pericles ita disposuit, ut in occidentali parte Propylaeis aedificandis introitum arcis talem formaret, qualis belli usui noniam idoneus videbatur esse. Circitur igitur a. 437, quo anno Propylaea aedificari coepta sunt, in eo erat, ut Aesculapeae aedis fundamenta iacerentur.

Contra Sybel[1] conicit Aesculapium successisse in Alconis locum, et Sophoclem dei Epidaurii cultum Athenas introduxisse. Cuius rei argumenta profert haec: Ac primum quidem Sophoclem fuisse Alconis sacerdotem, deinde Aesculapium ad poetam devertisse, qui carmen in deum composuerit, tum teste epigrammate Aesculapio eiusque liberis aras poetam consecrasse, quamobrem illi post mortem nomen inditum sit «Δεξίων».

Cum Koepp[2] Sybelio assentiretur, Wilamowitz-Möllendorf[3] iustis causis Sybelii argumenta confutavit: Nullam esse causam cur hoc epigramma[4] «βωμοὺς τούσδε θεοῖς Σοφοκλῆς ἱδρύσατο πρῶτος, | ὃς πλεῖστον Μούσης εἷλε κλέος τραγικῆς» cum Bergkio[5] ad Aesculapium et alios deos medicinae referremus. Tum fabulam Aesculapium apud Sophoclem devertisse nihil aliud significare, atque carmen in deum conditum, Aesculapium cum Sophocle aliquo modo coniunctum fuisse[6]. Scriptores recentioris aetatis fabulam cognovisse ex poetae vita[7], vitam hausisse ex Istro, Istrum redire ad ψήφισμα, quod non tradidisset So-

[1] Ath. mitt. 1885 p. 97.

[2] l. l. p. 255.

[3] Isyllos p. 188.

[4] Anthol. Palat. VI 145.

[5] Sophoclis tragoediae p. XX 86.

[6] In agro Aesculapio dicato Sophoclem sacellum Ἡρακλέους Μηνυτοῦ condidisse verisimillimum est. cfr. vitam Sophoclis § 12 (l. l. p. 11). — Ath. mitt. 1877 p. 251 (Kœhler); Isyllos p. 190.

[7] l. l. p. 17.

phoclem Aesculapi cultum introduxisse. Tum Sophoclem ea aetate, qua rogatio ferenda esset, ut Aesculapi cultus induceretur, neque celebratissimum in arte tragica neque eum fuisse, qui per magistratum, quem teneret, ad senatum et populum referre posset[1]. Praeterea Aesculapium Alconem ex sede sua eiecisse nullo modo demonstrari posse.

II. Num Aesculapius in Parthenone et in Minervae Victricis templo repraesentatus sit.

Argumento nixus Aesculapi templum iam ante Parthenonem conditum fuisse, Fr. de Duhn[2] illum deum, qui in antica parte Parthenonis[3] zophori exhibetur, non ut alii viri docti ad Neptunum, sed ad Aesculapium rettulit, quod figura illius dei sibi non ad Neptuni typum quadrare, sed cum analyphis, quae sine dubio Aesculapium repraesentant, omnibus ex partibus congruere videretur. Duhn enim deos in zophoro Parthenonis fictos ita delectos esse statuit, ut ei soli exhiberentur, qui pompae Panathenaicae testes interesse deberent: qui sunt dei arcis primarii et dei urbis inferioris, quorum templa pompam ducentes praeteribant. Duhnio concedendum est figuram dei illius a vulgari Neptuni forma recedere, ab Aesculapio autem non abhorrere. At suo iure et Koepp[4] et Wilamowitz[5] Neptunum, cui Athenienses maris imperium debent, in deorum conventu omitti potuisse negant. Artifex non deum undas iactantem et tridentem moventem sculpsit, sed dominum maris tranquille assi-

[1] Hoc Sybelio non iam opponi posse ex eis, quae supra exposuimus, apparet.

[2] AZ. 1855 p. 99 (167).

[3] Michaelis, Parthenon t. XIV 38, p. 258.

[4] Ath. mitt. 1885 p. 267.

[5] Isyllos p. 188.

dentem. Quod vero deus tergo inflexo et manu demissa sedet, inde explicari potest, quod sella reclinatorio non instructa utitur. Praeterea a zophori sculptore non ita delectos esse, ut soli exhiberentur testes pompae Panathenaicae (primarii arcis et urbis inferioris dei) optime demonstrant, praeterquam quod, num omnino ii, qui pompae intererant, Aesculapi fanum praeterierint, ignoramus, Victoria, Amor, Venus filio pompam appropinquantem monstrans, quae non Troezena sed Parnetha in montem spectat. Praetera Duhnio si assentiremur Phidiam deos in meridionali regione cultos in orientalis zophori parte septentrionali finxisse nobis statuendum esset, id quod minime probandum videtur.

Sed nondum licet iubere Minervae templum valere, cum in eius fastigio postico[1] alii viri docti Aesculapium et Hygiam, alii Cecropem cum suis exstare sibi persuaserint. Sine dubio autem illi, qui has figuras Aesculapium et Hygiam esse censent, serpente ad hanc interpretationem statuendam commoti sunt. Sed ex ipsa serpente mihi videtur apparere Aesculapium in fastigio non repraesentatum fuisse, cum hac aetate, qua fastigium conditum est, serpens Athenis omnino cum illo deo non coniuncta esset, quod cognosces ex antiquissimis anaglyphis, quae Aesculapium exhibent. Quamobrem eos sequi malo, qui has duas figuras ad Cecropem eiusque filiam, referunt[2].

Quod denique Gerhard[3] in zophoro templi Minervae Victricis Aesculapium et Hygiam agnovisse sibi visus est, hoc non suo iure vir ille doctissimus contendit,

[1] Michaelis, Parthenon t. VII B. C. p. 193.

[2] cfr. Petersen, Die Kunst des Phidias p. 181 ff.; Hermes XVII (= 1882) p. 130. — Robert in Hermae vol. XVI (= 1881) p. 83. — Loeschcke, Vermutungen zur griech. Kunstgeschichte und zur Topographie Athens (Progr. Dorpat. 1884) p. 11/14.

[3] Annali 1841 p. 63 t. E. 6, 7.

neque enim ullum eius rei idoneum argumentum proferri potest; quamobrem, postquam Kekulé[1] recte feminam esse Aesculapium illum iudicavit, neque Overbeck[2] neque Friederichs-Wolters[3] hanc sententiam secuti sunt.

III. De Aesculapi figura anaglyphis votivis expressa.

Omnia haec anaglypha, quorum maximus numerus nuper inter rudera fani Aesculapei repertus est, facile in duas partes distribuuntur, quarum altera illis efficitur, quae deum *stantem*, altera eis, quae deum *sedentem* repraesentant. Quamvis haec ab illis tempore haud longe distent, tamen ea monumenta, in quibus Aesculapius stans exhibetur, antiquiora sunt. Cum Phidiae artem in omnibus his anaglyphis sculpendis maximi fuisse momenti videamus, Overbeck[4] non inepte videtur coniecisse sive ab Alcamene[5], qui Mantinensibus, sive a Colota[6], qui et Cylleniis simulacrum Aesculapi eburneum et in mensa in aede Iunonis Olympiae[7] posita Aesculapium et Hygiam fecit, exemplar huius dei primum propositum esse. Quicunque autem insequentibus temporibus Aesculapium effinxit, facere non potuit, quin exemplar illud respiceret. Falso vero homines doctos olim Phyromacho Pergameno

[1] Balustrade des Tempels der Athena Nike p. 19.

[2] Plastik[3] I p. 368.

[3] Bausteine p. 282.

[4] Plastik[3] I p. 279.

[5] Pausanias VIII 9, 1. Mantinensium nummos (J. of h. stud. 1886 p. 97 S 15), qui vulgarem Aesculapi stantis umerum sinistrum baculo serpente cincto sustinentis figuram exhibent, Alcamenis opus reddere minime constat. Sed cur Gardner Alcamenis A. *sedisse* putet me omnino fugit, nam Bacchus Atheniensis (Pausanias I 20, 3), quem hic artifex sedentem effinxit, ad hanc sententiam statuendam nos non cogit.

[6] Strabo VIII, p. 337.

[7] Pausanias V 20, 3.

in excolenda Aesculapi imagine primas partes assignasse hodie inter omnes constat.

A. De anaglyphis, quae Aesculapium stantem exhibent.


Deus eodem fere modo fingitur, quo Juppiter, sed eius vultus humana quadam clementia ac benignitate, quam maiestate, quae decet summum omnium deorum et hominum dominum, insignior est. Quod autem deum semper gradientem videmus, rectissime Koehler[1] intellexit eum artificem, qui primus Aesculapium ita exhibuerit, divinum medicum aegrotis auxilium ferentem repraesentare in animo habuisse. Quamobrem etiam baculo instructus est eodem, quo ambulantes cives Athenienses utebantur. Quo baculo semper nititur, modo dextro modo sinistro umero supposito. Pallium autem semper ita dispositum est, ut dexter umerus nudetur[2]. Rarissime comae vitta, soleis pedes ornata sunt. Comparanti nummum illum Thessalicum (de quo supra egimus) cum anaglyphis Atheniensibus statim apparebit Athenienses in fingendo Aesculapio ita differre, ut imprimis artam necessitudinem exprimant, quae inter mortales et deum intercedat, quamobrem serpens aut, qui fere antiquissimorum

[1] Ath. mitt. 1877. p. 244, Ante Koehlerum eandem Preller protulerat sententiam (gr. Myth.[3] I p. 438), cui non recte oblocutus est Maehly (Die Schlange im Mythus und Kultus der klassischen Völker p. 25).

[2] Virum barbatum pallio eodem modo quo Aesculapius vestitum, quem saepenumero in anaglyphis Cybelae votis conspicere licet (cfr. AZ. 1880 p. 1 ff. Conze, AZ. 1880 t. 18; Dütschke a. b. in Oberitalien V 603); Milchhœfer (Ath. mitt. 1880 p. 216) eumque secutus Gurlitt (AZ. 1880 p. 187) non bene ad Aesculapium videntur rettulisse, cum neque pallium dextrum umerum non velans (cfr. Michaelis, Parthenon t. IX 1) neque vero «ein lächelnder Zug und die vollen etwas sinnlichen Lippen» Aesculapi propria sint.

monumentorum mos est, prorsus abest, aut secundas partes agit.

Anaglyphorum, quae Aesculapium stantem praebent, antiquissimum est, quod in Athen. mitt. 1877 t. 14, p. 215[1] expressum est. Videmus in eo Aesculapium stantem dextrumque pedem ita trahentem, ut pes calce sublata digitis sustineatur. Deus pallio indutus est, quod a sinistro umero defluens, dum inferiorem corporis partem velat, ad sinistrum umerum ita reicitur, ut dexter umerus et magna pectoris pars nuda sint. Manum dextram pallio non velatam coxae imponit, alteram laxe demittit, unde conicias baculum in anaglypho non sculptum sub dei umero fuisse. Quod monumentum utrum quinto an quarto saeculo effictum sit, viri docti inter se minime consentiunt, quamquam et tota Aesculapi et Hygiae figura et forma ipsius anaglyphi, quod margininibus arte factis caret, magis quintum, quam quartum saeculum commendare videntur. Fortasse ex tituli reliquiis quaestio solvi potest. Hodie enim exstant haec



Duhn titulo suppleto[2] hoc modo

'Αν[έθηκεν

[1] = Duhn in AZ. 1877 p. 140; = Sybel, Katalog der Skulpturen in Athen 4327; = Milchhœfer, Die Museen Athens p. 48, II 4; = Friederichs-Wolters, Bausteine 1143. — Baculum hoc in anaglypho iam serpente cinctum fuisse, id quod Wolters, l. l. putat, certis argumentis comprobari nequit. cfr. Ath. mitt. 1877 t. 15.

[2] Ath. mitt. 1877 p. 215. = AZ. 1877 p. 141.

Σωι[κράτης vel
Σωι[ναύτης

illum scriptum fuisse statuit iis litteris, quibus Athenienses ante Euclidem archontem utebantur. Sic nihil obstaret, quin anaglyphum nostrum alteri saeculi quinti dimidio tribueremus. Duhnio Sybel[1] ita assentitur, ut cum illo legat:

ἀν ⟨έθηκε⟩ Σωι . . . .

et monumentum eodem tempore sculptum esse putet. Koepp[2] quoque anaglyphum saeculo quinto assignavit de verbis supplendis nihil asseverans. Perperam autem Duhnium tituli reliquias supplevisse recte cognovit Milchhoefer[3], neque ipsum Duhnium[4] fugerat vocabulum illud «ἀνέθηκε» nullo in titulo Attico primum locum occupare[5]. Duobus autem modis reliquiae suppleri posse mihi videntur, quorum alterum Duhn ipse videtur indicasse. Ex ectypo enim melius, quam ex delineatione cognosces prope usque ad A litteram titulum esse mutilatum, ut supra litteras A olim tertia linea exstitisse possit. Quod cum ita sit, aut scribes:

[Ἀσκληπιῷ καὶ Ὑγιείᾳ
ἀν[έθηκεν ὁ δεῖνα
Σω[ναύτου,

aut:

Ὁ δεῖνα
ἀν[έθηκε
Σω [ναύτου.

[1] l. l.
[2] Ath. mitt. 1885 p. 260.
[3] Ath. mitt. 1880 p. 210, 2.
[4] AZ. 1877 p. 141.
[5] Aliter res se habet in titulis Messeniis vel Laconicis. (cfr. Rœhl, I. G. A. 83, 86, 88.)

Hoc autem pro certo habere mihi videor, cum litteris etiamnunc servatis, tum Aesculapi typo et anaglyphi forma monumentum nostrum ad quintum referri saeculum, quod Milchhoefer male negavit.

Quo de monumento ideo subtilius egimus, quod ex illo typo, cuius exemplar hoc anaglypho praebetur, variae formae nascuntur, quas reliquis monumentis expressas videmus.

1. De Aesculapio s i n i s t r o umero baculo innitente.

Primum artifices habitum ita effingunt, ut deus sinistrum umerum baculo sustinet, quo fit, ut totum corpus pronum reddatur, caput autem ad umerum inclinetur.

Monumenta huius generis initio saeculi quarti sculpi coepta videntur esse, quae nunc singillatim tractabimus. Incipiamus ab illo, quod editum in Ath. mitt. 1877 t. 18 p. 243 [1] inscriptione ad priorem saeculi quarti partem revocatur. Aesculapium videmus dextro pede nitentem, sinistrum retrahentem. Baculum in anaglypho non sculptum sinistrum umerum fulcit, quo fit, ut bracchium laxo demittatur; dextram manum coxae imponit. Deus eodem modo vestitus est, quo in anaglypho, de quo disputavimus. Dolendum est capud ita mutilatum esse, ut de vultu nihil dicere liceat.

Eandem figuram monumenta exhibent, quae, cum nondum expressa sint, neque multum ab illo, quod modo tractavimus, discrepent, indicare satis habeo. Apud Sybelium [2] sub 355, 4610 descripta sunt. Quorum anaglyphorum primum ita a reliquis differt, ut deus alterum pedem super alterum ponat.

[1] = S. 3996 = D. 41.
[2] D. 355, 38; D. 109 = S. ?

2. De Aesculapio dextro umero baculo nitente

Priorem illum habitum artifices Attici libenter ita mutabant, ut Aesculapium dextro umero baculo nitentem effingerent. Quae positio, quanto commodior sit, facillimum est intellectu, sed nulla certa ratio subesse videtur, cur deus modo dextrum modo sinistrum umerum sustinens exhibeatur. Typo autem ita variato sinistra manus coxae imposita vestimentum tenet. Totum corpus sinistro pede insistit, cum dexter aut retrahatur aut super alterum ponatur. Ex magno anaglyphorum[1] numero artifices Athenienses hunc typum in deliciis habuisse sequitur.

Anaglyphum Megaris repertum, quod R. Schöne[2], cum nondum plurima Aesculapi anaglypha nota essent, interpretari noluit, mihi quidem Aesculapio cum suis attribuendum videtur esse. Nam nihil est, cur hoc monumentum cum Atticis in Attica repertis congruere negemus. Vir enim ibi sculptus eodem modo baculo dextro umero supposito nititur, quo Aesculapius, eodem modo vestitus est; neque pedum positionem nos impedire, quominus Aesculapium agnoscannus, ex anaglyphis apud Sybelium sub 355, 7028 descriptis elucet. Sed haec fortasse minoris momenti sunt, maioris vel maximi vultus clementissimus est, ut, si hanc figuram deum esse statuamus, facere non possimus, quin Aesculapium esse perhibeamus. Cui interpretationi non duae feminae adstantes repugnant, quippe quae simillimae sint, ut exemplo utar, illis, quae in anaglypho illo antiquissimo effictae sunt[3]. Aetatem, anaglyphi Schöne non discrepare statuit ab eis anaglyphis, quae IV. vel. III. a. Chr.

[1] Ath. mitt. 1882 t. 15 p. 218; = D. 2 = S. 3995; S. 7055 = D. 37?; S. 7028 = D. 114; S. 3994 = 17; S. 431.

[2] AZ. 1873 t. 6 p. 55.

[3] Ath. mitt. 1877 t. 14.

n. saeculo facta esse constat. Mihi quidem comparato illo monumento cum Atticis IV. potius, quam III. saeculo sculptum videtur esse. Utrum autem hoc anaglyphum Athenis oriundum sit necne, nescimus. Megaris quidem, ut iam diximus, repertum est, sed marmoris genus pentelico simile esse Schöne testatur. Omnino autem artifice Attico, quamquam bracchium sinistrum non ad verum redditum est, non indignum videtur.

3. De anaglyphis, in quibus serpens iuxta deum apparet.

Etiam in serpente cum deis coniungenda Phidias in Minerva, quam «Παρθένον» appellare solent, praeierat, eumque artifices in monumentis Aesculapio adhibendis secuti sunt. Eiusmodi anaglypha, in quibus serpens aut iuxta Aesculapium aut post aram surgit, non diu fuisse in usu ex parvo eorum numero cognoscere licet. Nam tria solum habeo, quae proferam, apud Sybelium sub 4027, 4605, apud Duhnium[1] sub 105 descripta. Illa medium occupare locum inter ea anaglypha, quae serpente carent, et ea, in quibus Aesculapi baculum serpente cingitur, verisimile videtur.

4. De Aesculapio baculum serpente cinctum gerente.

Jam quarto saeculo Aesculapi baculum serpente cinctum in anaglyphis repraesentari demonstrat monumentum[2] inscriptum, cuius litterae illud tempus indicant. Litterae adhuc exstantes hae sunt: **ΙΔΟΤΟΣ ΑΝΕΘΗΚ**, quas Duhn hoc modo supplevit: Ἀσκληπιῷ Ἀντ]ίδοτος ἀνέθηκ[ε. Quamquam ignoro, utrum hoc anaglyphum prioribus an posterioribus sui generis monumentis adscribendum sit, tamen sub quarti saeculi dimidium baculum serpente cinctum

[1] = S. 6383.
[2] S. 4320 = D. 28.

reperiri videtur mihi demonstrare. Omnia haec monumenta ita inter se discrepant, ut Aesculapius modo dextrum modo sinistrum umerum baculo fulciat, quamquam longe plurima deum dextro umero nitentem exhibent. Longum est omnia anaglypha describere, praesertim cum nihil ab iis distent, quae supra vidimus. Quamobrem ea enumerabo potius, quam singillatim describam. Pauca monumenta Aesculapium sinistrum umerum fulcientem praebent: apud Sybelium 333, 3010, 3232, 3993, 4009, 6688[1] sunt. Anaglypha, quae Aesculapium dextro umero baculo serpente cincto nitentem repraesentant, apud eundem invenias 430, 2698, 2699, 2700, 4332, 4338, 4349, 4369, 4450, 4503, 4626, 4632, 6383 etc. Quibus addas monumentum nunc Cantabrigiae[2] adservatum, quod Athenis eo est advectum.

B. De anaglyphis, quae Aesculapium sedentem[3] exhibent.

Omnia haec anaglypha distribuere licet in duo genera, quorum alterum deum tali habitu repraesentat, qualis deum ab hominibus cultum decet, altera deum Olympium commodissime eo fere modo sedentem, quo dei in Parthenonis zophoro sculpti, ad quos Homeri illud «ῥεῖα ζώοντες» referre licet. Pallium, quod aut inferioris corporis partem tegit, aut umerum sinistrum velat ita quidem, ut semper dextra pectoris pars et dextrum

1 = D. 110 = Welcker, a. Denkmäler II p. 238. Expressum est apud Lebasium (Voyage archéologique pl. 51) et Stephani (Ausruhender Herakles IV 2). — Memoratu digna est pars illa triangula vestimenti, quae pro ventre efficitur.

2 Michaelis, Anc. marbles in Great-Britain, Cambridge 16 p. 249.

3 In anaglyphis sepulcralibus, quae cenam repraesentare dicuntur, virum accubantem Aesculapium non esse Conze (Wiener Sitzungsberichte 1881 vol. 98 p. 551 sq.) et Wolters (AZ. 1883 p. 300 sq.) comprobaverunt.

bracchium vestimento careant. Rarissime pedes soleis[1], crines vitta ornati sunt. Dei sellam artifices Jovis Olympiaci, quem Phidias fecit, solium imitantes effingere solent, cum thronum sphingibus et leonis pedibus scabellum ornent. Haud raro sedi pulvinus instratus est[2]. Semel Aesculapius in saxo[3] sedet utpote medicus, qui aegrotos visurus in quolibet saxo fatigatus consedit. Serpens non in omnibus anaglyphis sculpitur, sin vero exhibetur, iuxta sellam in latere baculo opposito surgere solet; interdum a deo ita separatur, ut vel arborem vel pilam cingat. Nunquam autem serpens dei baculo obvolvitur, id quod in anaglyphis fieri solet, quae deum stantem exprimunt.

Utra autem ex eis formis, quas discerni posse supra diximus, antiquior sit, ex eo exemplorum numero, qui nobis in promptu est, diiudicari nequit; neque certum indicium inde sumi potest, utrum serpens adsit necne. Concedendum est ea monumenta, in quibus Aesculapius baculo instructus est, saepius, quam alterius formae exempla serpente carere. Formas, quas distinximus, artifices sic fere excolere solent.

1. De Aesculapio baculum gerente.

Deus *sinistra* baculum tenens aut *dextra* sellae margine nititur aut manum gremio imponit. Baculi nomine dedita opera utor, cum Aesculapius non sceptrum, sed baculum civium Atheniensium gerat. Ad quam senten-

[1] S. 4298.

[2] S. 4018 = D. 16; 4940 = D. 23a.

[3] S. 4310; alia eiusmodi anaglypha ad Aesculapium referenda esse non pro certo habemus cfr. S. 3991. — S. 4017 = D. 70. Furtwängler (Ath. mitt. 1878 p. 186, 1), deum in umbilico sedentem cognoscit, quod et Duhn et Sybel suo iure mihi videntur negare, cum in nullo monumento Attico (D. 35, 36 = S. 4635, 4317 umbilicus, quem Duhn agnoscit, Sybelio teste ara angulis rotundatis est.) umbilicum inveniamus. — Anaglyphum Graecum, quod Aesculapium in saxo sedentem repraesentat Förstero et Duhnio testibus (AZ. 1871 p. 121; Matz-Duhn III 3742) adulterinum est.

tiam confirmandam Pausaniam profero, qui in describendo Thrasymedis opere voce βακτηρία utitur [1]; quocum monumenta permulta faciunt. Formae altero modo variatae unum exemplum exstat [2], quod deum in sella plicatili sedentem repraesentat. Pallium sinistrum umerum et tergum et inferioris corporis partem velat. Dextram Aesculapius secundum sellae marginem demittit, sinistra baculum non sculptum tenere videtur. Juxta sellam ad dextram serpens erigitur.

Maior est numerus eorum anaglyphorum [3], quae typum ita variant, ut deus *sinistra* manu baculum gerat, *dextram* gremio imponat. In aliis monumentis Aesculapius *dextra* baculum tenet, *sinistram* in gremio collocat [4].

2. De Aesculapio commodissime sedente.

Alterum typum primarium, qui deum ostendit commodissime in sella sedentem ita variare libuit artificibus, ut Aesculapius modo sinistrum [5] modo dextrum [6] bracchium reclinatorio imponat, prout ratio totius anaglyphi exigere videbatur.

Quibus monumentis unum adscribendum [7] est, quod

1 II 27, 2.

2 Schöne, Gr. reliefs t. 25/102 = S. 347 = Kekulé, Die antiken Bildwerke im Theseion p. 123/299 = F. W. 1148. — Bestiam, quae inter Aesculapium et filium chlamyde indutum conspicitur Kekulé falso ad suem rettulit, cum Schöne et Sybel canem esse intellexerint. Accuratius de cane cum Aesculapio coniuncto in describendo Thrasymedis simulacro agendum erit.

3 S. 377, 4007 = D. 33 = Bulletin de corr. héll. 1878 t. 9 p. 65 = F. W. 1145; S. 4047 = D. 25; S. 2944, 5955.

4 Ath. mitt. 1877 t. 17 p. 221 = S. 4008 = D. 14 = F. W. 1149. — S. 4372.

5 Ath. mitt. 1877 t. 16 p. 220 = S. 4002 = D. 8 = Bulletin de correspond. hellénique 1878 t. 8 p. 65 = F. W. 1146. — S. 4013 = D. 32; S. 4019 = D. 7 = F. W. 1144.

6 S. 4550, 5925.

7 Bull. de corr. hell. 1878 t. 7 = Girard l'Asclépieion d'Athènes t. 4 = S. 4000 = D. 9 = F. W. 1147.

deum praebet baculum inter genua scabello impositum dextra prehendentem, sinistram manum demittentem. Aesculapius quasi fatigatus sit, baculum leviter gerit.

Ab omnibus huiusmodi anaglyphis unum discrepat, quod nunc Lugduni Batavorum videtur[1]. Sculptum est ex marmore pentelico. Deus in sella reclinatorio ornato sedens in serpentis ad sinistram surgentis capite manum collocare videtur, dextram cruri apponit.

Eodem modo Thrasymeden serpentem cum Aesculapio coniunxisse infra videbimus.

CAPUT TERTIUM.

Aesculapi typum Atheniensem alibi artifices imitatos esse demonstratur.

Aesculapi figuram Athenis ad alias regiones migrasse certo comprobare non licet hac potissimum de causa. Ex aliis enim urbibus monumenta eiusdem fere aetatis atque Atheniensia tantum abest ut exstent, ut, quae nobis servata sunt, ad multo recentiorem aetatem pertineant. Ex iis autem monumentis, quae ad nostram aetatem permanserunt, elucet ea sculpta esse ad exemplum Atheniensium typo singulis in partibus exculto.

Aesculapi enim caput magis magisque Jovis simile fit, ut saepenumero difficillimum sit eorum capita distinguere. Experiamur nihilominus, quatenus per delineationes liceat, legem ac quasi normam dare vultuum Aesculapi dignoscendorum. Frons humilis raro in duas partes dividitur, ut saepe in Jovis capitibus fieri solet. Comae fronti imminentes raro ascendunt, immo in capitibus recentioris aetatis in cervices promittuntur. Barba copiosa

[1] Greeksche en Romeinsche beelden en beeldwerken wit het museum van Ooudheden te Leyden t. VII 24.

plerumque non longius[1] promittitur. Oculi placidi et tranquilli deorsum vel in adversum, nunquam sursum spectant. Os leviter aperitur, quasi deus loquatur. Collum breve, totum caput pronum est. Vultus magis excellit clementia ac benignitate quam maiestate, magis tranquillitate animi insignis est coniuncta cum oculorum acie, quae medicorum esse solet, quam πάθει, ut cum Graecis loquar.

Vestitus ita mutari solet, ut pallium a dextro latere ad sinistrum bracchium transferatur, quod totum fere velatur. Maioris momenti est, quod deus *brevi* baculo nititur, quo fit, ut corporis habitus adstrictior et contentior fiat.

A. De Aesculapi stantis figura monumentis expressa extra fines Atticos repertis.

1. De anaglypho in Cynuria reperto.

Anaglyphum[2] prope monasterium, cui hodie. Luku nomem est, ad sinum Argolicum anno h. s. 72/73 repertum Aesculapium cum suis et adorantibus repraesentat. Deus dextrum umerum baculo serpente cincto sustinet, sinistrum pedem levatum reponit. Indutus est pallio sub bracchio sinum, pro ventre triangulam partem efficiente non alio modo atque in monumentis Atticis fieri solet. Caput barbatum pronum est. Comae vitta ornatae videntur esse. Anaglyphum ex marmore pentelico sculptum est.

2. Aesculapium Epidauri brevi baculo instructum esse ostenditur.

Lebas[3] anaglyphum fine quarti vel initio tertii saeculi ortum, in quo Aesculapium *brevi* baculo instructum

[1] Tithoreae Pausanias X 32, 12 Aesculapium vidit barba ornatum plus duos pedes longa.

[2] Annali 1873 t. MN. p. 114 = S. 319 = F. W. 1150.

[3] Mon. fig. 104; cfr. Revue archéologique 1846 p. 88.

videmus publici iuris fecit. Quod opus cum Epidauri inventum sit, neque hic deus Athenis breve baculum gerat nisi in nummis[1] alterius vel primi a. Chr. n. saeculi, haud inepte primum in monumentis Epidauriis Aesculapio breve baculum datum esse inde colligas. Nescio an hoc quoque conicere liceat dei symbolum ita mutasse artificem aliquem s. IV. florentem, cum hac aetate artifices praeclarissimi Aesculapium effingere adamarent. *Scopas*[2] enim Tegeatis Aesculapium et Hygiam, *Bryaxis*[3], cuius opus nummus[4] Megaricus repetit deum *brevi* baculo nitentem exhibens, eosdem deos Megarensibus fecit. *Damophon*[5] deinde Messenius ter, Messeniis Aegiensibus Megalopolitis Aesculapium sculpsit.

3. *Vittam et umbilicum ad Epidaurum referenda esse demonstratur.*

Maiore fiducia vittam, quam Aesculapius in capite gestat et umbilicum, qui iuxta deum saepenumero conspicitur, ad Epidaurum referre licet. Priusquam autem ad hanc coniecturam confirmandam accedamus, nonnulla de origine vi nomine horum symbolorum nobis dicenda sunt.

In Hippocratis vita[6] medicum illum clarissimum in multis imaginibus capite cooperto pingi traditur.

[1] Beulé, Les monnaies d'Athènes p. 331. — cfr. S. 4092. — Dubium est anaglyphum a Dütschkeio IV 562 descriptum. = Maffei mus. Veron. 139/7.

[2] Pausanias VIII 47, 1.

[3] Pausanias I 40, 6. Plinius N. H. XXXIV 73.

[4] Journal of hellenic studies 1885 p. 54, 6 A. 6.

[5] Pausanias IV 31, 10; VII 23, 7; VIII 31, 1. Nummi Messenii (J. of. h. st. 1886 p. 70, P. 1) Aesculapium exhibent dextro umero baculo, cui serpens obvolvitur, nitentem.

[6] Hippocrates, ed. Kühn p. 853 = Westermann vitar. script. p. 451. ἐν δὲ ταῖς πολλαῖς εἰκόσιν ἐσκεπασμένος τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ γράφεται, ὡς μέν τινες λέγουσι, ἐν πίλῳ παράσημον εὐγενείας, καθάπερ Ὀδυσσεύς,

In nullo autem capite Hippocratis, quod nobis servatum est, in nullo nummo hoc tegumentum apparet. Unicum huius ornamenti medicorum exemplum praebet Xenocrates Aphrodisiensis, qui in Dioscoridis pictura [1] repraesentatus est capite panno ita tecto, ut vertex non veletur. Tegumentum capitis tiarae instar effictum duo capita [2] exhibent, quae Visconti [3] illo loco vitae Hippocratis nixus ab Archyta Tarentino abiudicata medicis attribuit. Quod capitis ornamentum cum Aesculapi [4] vitta tortili aliquatenus congruit, nisi quod haec dei verticem non tegit. Sin autem medicorum tegumentum capitis idem est atque Aesculapi, deus hac vitta tortili ad medicorum exemplum instruitur. In antiquissimis monumentis Aesculapius taenia [5] ornatur, in nummis Epidauriis [6] Cois [7] Pergamenis [8] Siculis [9], in parva statua [10], quae nunc Romae adservatur, laureatus sicut Apollo

ἄλλοι δὲ τῷ ἱματίῳ · καὶ τούτων οἱ μὲν δι' εὐπρεπείην ἐπεὶ φαλακρὸς ἦν, οἱ δὲ διὰ τὸ ἀσθενὲς τῆς κεφαλῆς, οἱ δὲ δὴ ἔμφασιν τοῦ δεῖν τὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ χωρίον φρουρεῖν, οἱ δὲ φιλαποδήμου τεκμήριον, οἱ δὲ τῆς ἐν τοῖς συγγράμμασιν ἀσαφείας, οἱ δὲ πρὸς παράστασιν τοῦ δεῖν κἀν τῷ ὑγιαίνειν φυλάσσεσθαι τὰ βλάπτοντά, τινες δὲ ὅτι χειρίζων πρὸς τὸ τῶν χειρῶν ἀπαραπόδιστον, συμπεριλαμβάντων, τὸ τοῦ ἱματίου περιεχχυμένον ἐπετίθει τῇ κεφαλῇ.

1 Iconographie grecque I pl. 34/6.

2 Antichità di Ercolano, bronzi I t. 29, 30. — Righetti, Descrizione del Campidoglios I t. 188 p. 191.

3 Iconographie grecque I c. VII p. 151/4.

4 A Bacchi victorum poetarum vitta Aesculapi capitis tegumentum differt, quod efficitur *lato anulo tortili*, qui summo capite gestatur.

5 Schöne, Gr. reliefs 114; S. 3993.

6 Mionnet S. IV p. 260/150, 152 — J. of. h. stud. 1885 p. 92 L. 2; Panofka II 12.

7 Panofka II 11. Mionnet S. VI p. 567/21.

8 Sestini, Descrizione degli antichi stateri t. VII. 4, 5 p. 70; Mionnet S. V p. 417/836, 837; Num. chron. 1882 t. I 1 p. 12.

9 Catalogue Italy p. 383/100.

10 Matz-Duhn III 3745.

pater repraesentatur. In parva statua aenea Berolinensi [1] corona videtur pinea esse, quod satis antiquum dei ornamentum fuisse propter monumenta Attica non crediderim. Quid autem haec vitta tortilis sibi vellet, quod nomen huius capitis tegumenti esset, eum, qui Hippocratis vitam conflavit, cum varias coniecturas hac de re prolatas temere congereret, omnino fugit. Visconti [2] primus, postquam Beger [3], Spanheim, Buonarroti [4] Aesculapi caput nonunquam hoc tegumento ornatum esse animadverterunt, rem accuratius tractavit Buonarrotium secutus, qui censet «dovendo i medici essere in un continuo moto e fare dei viaggi, a loro si conveniva il pileo anticamente proprio de' viandanti, de' cacciatori, edi tutti quelli, che per gli affari esser dovevano eposti e all' aria e al sole'. Praeterea Visconti aliam a biographo relatam explicationem probat tegumentum esse «πρὸς παράστασιν τοῦ δεῖν κᾂν τῷ ὑγιαίνειν φυλάσσεσθαι τὰ βλάπτοντα.» Cum non habeamus, quo, utrum aut hae aut reliquae biographi opiniones certo fundamento an vanis coniecturis nitantur, decerni possit, quaestio via ac ratione instituta, ut nesciendi artem profiteamur videtur exigere. Coronae illi tortili Visconti nomen «θερίστριον» dat, cui C. O. Müller [5] dubitans adsentitur. Quod nomen, cum omnibus ex locis in Stephani Thesauro conlatis appareat θερίστριον palliolum esse, quo inprimis feminae [6] utuntur, ut corpus a solis calore protegant, minime ad

[1] Friederichs, Kl. Kunst und Industrie 1846b p. 396.

[2] Iconographie grecque vol. I c. VII p. 151/4.

[3] Observationes et coniecturae, colon. Brandenburg. a. 1691 num. 1.

[4] Buonarroti, Osserv. istoriche sopra alcuni medaglioni p. 125.

[5] Handbuch § 394, 1.

[6] Exempli, causa locum Theocriteum (XV 69) laudo ‚οἴμοι δειλαία δίχα μευ τὸ θερίστριον ἤδη ἔσχισται Γοργοῖ.'

vittam tortilem, quae in Aesculapi capite conspicitur, quadrare videtur. Nec maior fides atque auctoritas nomini «ἀβλαβύνιον» inest, quod Toelken[1] proposuit, cum ἀβλαβύνιον Hesychio teste sit «σειρὰ πλεκομένη πὰρ Ἀἰγυπτίοις ἐκ βύβλων πρὸς κάθαρσιν οὖσα.»

Lapidem deinde *umbilici instar* sculptum, quem in Aesculapi statuis saepenumero videre licet, Birch[2] ad clupeum vel κλίβανον rettulit, quo in lavando veteres uti solebant. Quam sententiam Thraemer[3], cum nonnullis in statuis lapis vittis[4] ornatus sit, recte quidem reicit, sed quod Aesculapium hoc symbolum ab Apolline deduxisse negat, me adsentientem non habet. Nam si hunc lapidem umbilicum esse agnoscimus, id quod et per figuram licet et vittis confirmatur, nihil dubii interpretatio habet. Aesculapius, quem aegrotos etiam oraculorum ope sanasse scimus, Apollinis patris instar[5] umbilico instructus est. Ad quam sententiam comprobandam optime facit, quod hic umbilicus in monumentis Epidauri, ubi Aesculapius Apollinis filius esse putabatur, factis apparet.

Restat, ut Epidauri primum Aesculapio et vittam tortilem et umbilicum datum esse demonstremus. Vitta tortilis, cum videatur in omnibus fere operibus Epidauriis, omnino abest ab Atticis. Accedit res haud parvi momenti. Romae enim in insula Tiberina i. e. in ipso Aesculapi sanctissimo delubro, statua[6], quae comarum ornatu cum monumentis Epidauriis congruit, reperta est. Romanos autem cultum huius dei Epidauriis debere

1 Erkl. Verzeichn. vertieft geschn. St. p. 215/1198.

2 Num. chron. V p. 193; cfr. Huberti, Numism. Zeitschr. 1870 p. 387.

3 l. l. p. 628.

4 Clarac 549/1159; 550/1161.

5 Idem W. Wrothium (Num. chron. 1882 p. 24) putare modo video.

6 Clarac 550/1161.

multis testimoniis confirmatur [1]. Quae cum ita sint, Epidauri primum Aesculapium vitta tortili esse instructum verisimillimum mihi videtur. Umbilicus autem abest a monumentis Atticis et ab anaglypho Epidauri reperto, quod Lebas [2] expressit, cum et in aliis monumentis Epidauriis [3] et in statua illa Romae in insula Tiberina reperta appareat.

Sed quoniam anaglyphum Lebasianum [2] exeunte quarto vel ineunte tertio a. Ch. n. saeculo sculptum umbilico caret, Aesculapius autem vitta tortili ornatus est, equidem crediderim exeunte quarto vel ineunte tertio saeculo deo vittam tortilem attributam esse, cum umbilicus, si recte eum Epidauri esse excultum statuimus, ea aetate cum Aesculapio nondum coniunctus sit.

4. De Aesculapi in monumentis Epidauriis figura.

Monumentorum Epidauriorum sine dubio antiquissimum illud est, quod valde mutilatum et truncatum e vicinia Epidauri in Britanniam advexit comes Elgin [4]. Ad Aesculapium hanc statuam revocare amictu inprimis cogimur. Ex marmore pentelico est sculpta ab artifice etsi non primario, tamen laude haud indigno. Deum dextro umero baculo nixum esse certum videtur; num baculum serpente cinctum fuerit non magis constat, quam capitis habitus.

Cui adde duas statuas nostris diebus in theatro Epidaurio inventas, quae parum perspicue descriptae sunt [5].

[1] cfr. adn. 6 p. 10; Morelli, Méd. des rois VI = Panofka l. l. II 3 = MW. II 778 = Fröhner, Méd. de l'empire R. (Antonin) p. 53 = Baumeister l. l. p. 140/150. — Röm. Mitt. I p. 167 (Duhn) t. IX; Annali 1867 t. K. p. 389.

[2] Voyage archéologique 104.

[3] Ἐφημερὶς ἀρχ. 1885 t. II 9. 1886 p. 248.

[4] Ancient marbles IX 5.

[5] Πρακτικά 1881 p. 38; 1882 p. 76.

Quae monumenta, quamquam Romanis temporibus orta sunt, ad similitudinem antiquorum Graecorum sculpta videntur esse. Quamobrem, praesertim cum Epidauro ea esse oriunda pro certo habeamus, hoc loco tractanda sunt. Ac prius quidem eundem habitum exhibere dicitur, quem statua illa Florentina[1]. Absunt a statua caput, dextrum bracchium, crura inde a genibus. Pallio velatur sinistrum bracchium lateri impositum, cum dextrum nudum sit. Altera statua eodem ex marmore pentelico facta admodum similis, ni fallor, illi, quam apud M. W. II, 60, 768 effictam vides, ita tamen differre videtur a priore, ut sinistrum bracchium coxae impositum summa manu vestimenti laciniam de sinistro umero delabentem contineat, dextra baculo nunc non utatur, «ἀλλὰ φαίνεται, ὅτι δι' αὐτῆς θὰ ἐκράτει τὸν περὶ τὴν ῥάβδον συνήθως ἑλισσόμενον ὄφιν ὡς ἴχνη ἐπαφῆς ἐν τῷ δεξιῷ μηρῷ δεικνύουσι.» In basi umbilicus conspicitur.

Praeterea duae statuae[2], quae vitta tortili instructae typum nobis iam notum exhibent, inventae sunt. Ad quae monumenta octo statuae[3] Romana aetate sculptae inter se figura pares accedunt, quarum una inscriptione a. 185 p. Ch. n. saeculo attributa modo publici iuris facta est.

Deus in capillis longe promissis vitta tortili ornatus modo quo solet vestitus est, nisi quod lacinia a sinistro umero defluens non pallio conditur, et quod pro ventre pars triangularis efficitur. Aesculapius clementiam magis quam maiestatem prae se ferens sinistrum umerum baculo serpente cincto sustinet (bracchium mutilatum est; manus baculum attigisse videtur). Dextram manum coxae

1 M. W. I 219a.
2 Ἐφημερὶς ἀρχ. 1885 t. II 7, 7a, 8, 8a (p. 50).
3 Ἐφ. ἀρχ. 1886 p. 245 t. 11.

imponit. Hac quidem in statua et in reliquis umbilicus abest, sed quod aliis in monumentis Epidauriis[1] apparet, coniectura nostra Epidauri Aesculapium hoc symbolo primum instructum esse non confutari mihi videtur.

Confirmantur autem hac statua, quae de vitta tortili diximus.

5. De Aesculapi figura aliis locis exculta.

Longum et inutile est omnes nummos (nam alia monumenta praeter unum anaglyphum Patris inventum[2], ex quibus Aesculapi habitus aliis locis excultus cognoscatur, non exstant) enumerare, praesertim cum pauci delineati sint, neque quidquam ex ipsis descriptionibus lucremur, denique, quod gravissimum est, cum Romanorum imperatorum aetate orti sint. Longe plurimi horum nummorum Aesculapium breve baculum vel dextra, vel sinistra gerentem ostendunt. Exempli causa anaglyphum et nummum proferam, quorum illud Am. Hauvette-Besnault[3] hisce verbis illustrat: A l'extrémité du bas-relief E. debout, drapé dans un manteau qui laisse à découvert le bras droit et l'épaule, s'appuie sur un bâton autour duquel est enroulé un serpent. Nummum Mionnet[4] ita describit « Mothone, Messénie, Geta. — Esculape debout et enveloppé dans le pallium, regardant à droite, la main gauche sur son bâton, autour duquel est un serpent. »

Aliis[5] in monumentis Aesculapius *longo* baculo serpente cincto instructus est, sed in plurimis posteriore aetate factis brevi baculo utitur.

[1] Ἐφ. ἀρχ. 1885 t. II 9; 1886 p. 248.
[2] cfr. Pausanias VII 21, 14.
[3] Bull. de corr. hell. 1879 p. 191 = Ath. Mitt. 1879 p. 126/2.
[4] S. IV p. 213 37.
[5] Benndorf-Schöne 78; Matz-Duhn 56, 78; Clarac 548/1168; 294 1164.

Aesculapius quomodo a Cois fictus sit, cum nulla monumenta habeamus, nisi nonnullos nummos [1] caput Aesculapi exhibentes laureatum clementia ac benignitate insigne fere nihil scimus.

Anaglyphum autem quoddam muro insertum, falso a Rossio [2] Aesculapi sedenti datum esse ex delineatione accuratissime apud Benndorfium [3] facta elucet.

In nummis *Pergamenis* Aesculapium *stantem* non ante Romanorum aetatem apparere W. Wroth [4] docuit; quomodo autem Pergameni deum stantem repraesentarent anaglyphum fictile [5] illustrat, quod habitum nobis repraesentat monumentorum Epidauriorum (vel potius Atheniensium), cum vitta tortili et umbilico careat. Umbilicus omnino ea demum aetate in nummis Pergamenis exhibetur, qua Pergamum iam in provinciae Romanae formam redacta erat [6].

B. De Aesculapi sedentis figura monumentis extra fines Atticos conditis expressa.

1. De duobus anaglyphis incerto loco sculptis.

Ad similitudinem anaglyphorum Atheniensium, veluti illius, quod Schoene (Gr. reliefs t. $XXV/_{102}$) edidit, ana-

1 Panofka II 11, 12 = Mionnet S. VI p. 567/21 sq.

2 AZ. 1846 p. 282 t. 42 = Arch. Aufs. II p. 402; cfr. O. Rayet, Archive des missions scientifiques et littéraires 3e série t. 3 (1876) p. 98.

3 Reisen in Lykien I 14 t. IV.

4 Num. chron. 1882 p. 15.

5 Sammlung Sabouroff in descriptione ad t. 24 data.

6 Num. chron. 1882 p. 23, 25 t. I 8, 9. Umbilicum Romanae artis aetate saepenumero Aesculapio dari solitum esse hae statuae docent: Benndorf-Schöne 259; Conze, Reise auf d. thr. Inseln t. 15/4; Dütschke III 429, V 200 = Clarac 546/1151 C.; Matz-Duhn 56, 67?, 68? = Clarac 678 D. 1641 B.; Schreiber, Villa Ludovisi 185; Visconti, Museo Torlonia 94 = AZ. 1879 p. 74 (Schreiber); AZ. 1859 p. 122 * ff. (Wieseler).

glyphum, quod Martinum Wagnerum [1] in itinere in Asiam facto delineasse constat, creatum est. Deus in sella sedet vestitus modo nobis noto, taenia ornatus. Dextram demittit secundum sellae marginem, sinistra baculum non sculptum tenere videtur. Juxta manum demissam caput anguis surgentis apparet. Post deum vir stat, sine dubio alteruter e filiis dei, qui baculo sellae Aesculapi imposito se sustinet. Aemilius Braun [2] hoc monumentum perperam anaglyphis tribuit, quae mortuos repraesentare dicuntur.

Aliud anaglyphum, nunc Berolinense,[3] quod, quo loco repertum sit, ignoratur ad exemplum Atheniensium veluti illius, quod in «Ath. mitt. 1877 t. 17» exstat, effictum est.

2. *De duobus anaglyphis Epidauriis.*

Jam supra exposuimus artifices Athenienses in sculpendis Aesculapi anaglyphis Phidiam secutos esse. Habitum autem Aesculapi sedentis Atheniensem ipsos quoque Epidaurios imitatos esse ex anaglypho [4] in Epidaurio Aesculapi delubro invento elucet: In eo Aesculapius exhibetur in sella ita sedens, ut dextram manum reclinatorio imponat, sinistram autem pallio velatam quasi loquatur protendat. Vestitus est idem atque in monumentis Atticis. Pedes soleis ornatos scabello imponit. Caput mutilatum, quantum quidem e curtis capillis iudicare licet, habitum dei Atheniensem videtur referre. Omnino autem hoc monumentum cum illo conferri potest, quod in «Ath. mitt. 1877 t. 16» editum est.

1 Monumenti ed annali 1854-56 p. 63 t. 17.

2 l. l. p. 63.

3 Panofka IV 1 = Verzeichnis der antiken Skulpturen Berlins p. 121/685.

4 Ἐφημερὶς ἀρχαιολογική 1885 t. II 6 p. 47; cfr. Πρακτικά 1885 p. 85. (Kabbadias.)

Qua de re Kabbadias artificem huius anaglyphi Thrasymedem secutum esse non suo iure videtur affirmare. Accedunt, quae maximi momenti sunt. Primum enim nummi[1] Epidaurii ad unum omnes deum monstrant *sinistra* baculum tenentem, non *dextra*, ut in hoc anaglypho eum tenere putat Kabbadias. Ego quidem negaverim Aesculapium omnino baculum tenuisse, cum bracchium reclinatorio imponat. Sed quod Kabbadias *dextra* deum pateram supra serpentis caput tenuisse opinatur, ne hoc quidem mihi recte vir ille doctus videtur affirmare. Manus enim, quamquam nil exstat nisi index, tamen hic sufficit, ut Aesculapium non pateram tenuisse, sed manum protendisse ostendat.

Thrasymedem autem Aesculapium patera exornasse, neque Pausanias testis est, neque ex nummis[1] sequitur. Tum Aesculapium, si pateram tenuisset, eam *dextra*, non sinistra tenere oportuit. Praeterea serpentis vestigia omnino desunt. Neque minus valet, quod neque vestimentum neque sella cum ipsis nummis congruunt. Quae cum ita sint, Kabbadiae sententia prorsus reicienda videtur.

Altero[2] monumento Epidaurio, quod his verbis, describitur : « μέγα ἀνάγλυφον εἰκονίζον πωγωνοφόρον ἄνδρα ἐπὶ θρόνου μεγαλοπρεπῶς καθήμενον, Ἀσκληπιὸν πιθανῶς» nil praeter hoc discimus.

3. De Thrasymedis aetate.

Thrasymedem Phidiae discipulum fuisse viri docti[3] ideo statuerunt, quod Athenagoras[4] statuam Aesculapi

[1] Praeter nummum, quem E. littera designavimus (cfr. p. 39) hac in re nummi ad unum omnes inter se consentiunt.

[2] Πρακτικά 1882 p. 83; cfr. Ἐφημερὶς ἀρχαιολογική 1885 p. 49.

[3] Cfr. Overbeckii «Plastik» I p. 280.

[4] Leg. pro Chr. XIV p. 61. = Overbeck S. Q. 854. ὁ ἐν Ἐπιδαύρῳ Ἀσκληπιὸς ἔργον Φειδίου.

Epidauriam non Thrasymedi sed Phidiae attribuit. E quo scriptoris recentissimi testimonio, cum vix discipulum fuisse efficere liceat Thrasymedem Phidiae, tum titulus Epidauri repertus, quem Kabbadias publici iuris fecit [1] hoc nullo modo fieri posse demonstrat. Hoc enim ex titulo cognoscimus templum Aesculapi Epidaurium circa initium saeculi quarti aedificatum esse, hoc est eodem fere tempore, quo theatrum et tholum a Polycleto minore ibidem exstructa esse architecturae ornamentorumque genus indicare videtur. Itaque nisi forte Thrasymedis opus antiquiori templo exornando destinatum erat, id quod verissimile non videtur, artifex aut initio aut priore quarti saeculi dimidio floruit. Quod si ita se habet Thrasymedes Phidia magistro usus esse non potest. Rectius igitur dicemus Thrasymedem Phidiae arti imitandae operam dedisse videri, quam Phidiae discipulum fuisse. Artifices autem etiam quarto saeculo signa ex auro et ebore fecisse Leochares testatur, qui statuas Philippi, Alexandri, Amyntae ex his materiis effinxit [2].

4. De Thrasymedis statua eburnea.

Ad Thrasymedis opus restituendum in promptu habemus primum Pausaniae verba [3], tum nonnullos nummos, quos optime Imhoof-Blumer et Gardner contulerunt [4]. Sunt autem hi:

A. Nummus argenteus Epidaureus, qui nunc adservatur Berolini [5].

[1] Ἐφημερὶς ἀρχαιολογική 1886 p. 145; cfr. 1885 p. 50/1.

[2] Pausenias V 20, 9.

[3] II 27, 2.

[4] Journal of hellenic stud. 1885 p. 92 L. 3, 4, 5.

[5] Berliner Blätter für Münzkunde 1866 t. 30, 30 = AZ. 1869 t. 23/8 = Friedländer-Sallet, D. kgl. Münzkabinett p. 75/150 = Leake, Numism. Hellenica II p. 50 = Overbeck, Plastik [3] I p. 280 = Imhoof-Blumer et Gardner L 3.

A[1]. Idem nummus nunc Monachii[1] adservatus.

B. Nummus aeneus[2].

C. Nummus imperante Hadriano percussus[3].

D. Nummus M. Aurelio imp. percussus[4].

E. Nummus aeneus Antonio Pio imper. percussus[5].

F. Nummus aeneus sub eodem imperatore percussus[6].

G(?). Nummus aeneus Epidaurius[7].

Stemmate nunc illustremus quibus fundamentis is, qui Thrasymedis opus restituturus est, nitatur.

Experiamur tum ea, quae et ex Pausaniae verbis et ex nummis lucramur, ad Thrasymedis opus ob oculos ponendum adhibere.[8]

[1] Sestini, Molte medaglie greche p. 93 t. 12/6. = Streber, Abhandl. d. bayr. Akademie I p. 159 t. II 2.

[2] Athens 4431 = Imhoof-Blumer p. 92.

[3] Berliner Blätter für Münzkunde 1870 p. 15/9.

[4] Athens 4481 b = Imhoof-Blumer et Gardner L. IV.

[5] Br. M. = Imhoof-Blumer et Gardner p. 92 = Leake p. 51 = Panofka I 7.

[6] Museo Fontana I 111, 2 = Panofka I 9 = Imhoof-Blumer et Gardner L. 5.

[7] Imhoof-Blumer et Gardner p. 92.

[8] Mirum est, quod Ragusani capitulum, quod alchymistae figuram exhibet, ex templo Aesculapi Epidaurio translatum esse et Aesculapium repraesentare putant. cfr. Jahrbuch der k. k. Centralkommission zur Erforschung und Erhaltung der Baudenkmale 1861 p. 268.

Pausaniae descripto.	A, A[1]	B, C
Τοῦ δὲ Ἀσκληπιοῦ τὸ ἄγαλμα μεγέθει μὲν τοῦ Ἀθήνησιν Ὀλυμπίου Διὸς ἥμισυ ἀποδεῖ, I.		
πέποιηται δὲ ἐλέφαντος καὶ χρυσοῦ II.		
. . . . . κάθηται ἐπὶ θρόνου III.	Aesculapius sedens sinistrum pedem protendit, dextrum retrahit. III.	
βακτηρίαν κρατῶν, V.	Dextram serpentis capiti ante ipsum surgentis imponit. IV.	
τὴν δὲ ἑτέραν τῶν χειρῶν ὑπὲρ κεφαλῆς ἔχει τοῦ δράκοντος, IV.	Sinistra summum baculum tortum vel nodosum tenet. V.	
	Pallium inferioris corporis partem obtegens a tergo in sella retinetur. VI.	
	Barba longa est. VII.	
	Solium reclinatorio et arcubus (Seitenlehnen) carens pedibus tortis ornatum est. VIII.	
καὶ οἱ καὶ κύων παρακατακείμενος πεποίηται IX.	Sub solio canis iacet in partem Aesculapio adversam spectans. IX.	Canis *post* solium
τῷ θρόνῳ δὲ ἡρώων ἐπειργασμένα Ἀργείων ἐστὶν ἔργα, Βελλεροφόντου τὸ ἐς τὴν Χίμαιραν, καὶ Περσεὺς ἀφελὼν τὴν Μεδούσης κεφαλήν. X.		

statua.]

D	E	F
esculapius sedens sinistrum pedem protendit, dextrum retrahit. III.	Aesculapius sedens sinistrum pedem protendit, dextrum retrahit. III.	Aesculapium in templo quattuor columnarum sedens sinistrum pedem protendit, dextrum retrahit. III.
extram serpentis capiti ante ipsum surgentis imponit. IV.	Dextram *pateram* tenentem serpentis capiti ante ipsum surgentis imponit. IV.	Dextram capiti serpentis ante ipsum surgentis imponit. IV.
nistra summum baculum, ut videtur nodosum, tenet. V.	Sinistra leve baculum summum tenet. V.	Sinistra summum baculum leve tenet. V.
llium inferiorem corporis partem obtegit, superiorem non velat. VI.	Pallium inferiorem corporis partem obtegens a tergo in sella retinetur. VI.	Pallium inferioris corporis partem obtegens a tergo in sella retinetur. VI.
rba longa est. VII.	Barba brevior; comae corona cinctae videntur. VII.	De capite, nummo detrito nihil affirmare licet. VII.
lium reclinatorio ornatum arcubus caret; pedes tortis trabibus inter se coniuncti sunt. VIII.	Solium reclinatorio torto instructum arcubus caret; pedes leves trabibus inter se coniuncti sunt. VIII.	Solium reclinatorio instructum arcubus caret. Pedes torti trabibus inter se coniuncti sunt. VIII.
nis *post* solium iacet in partem Aesculapio adversam spectans. IX.	Canis abest IX.	Canis abest. IX.

Statua ex auro et ebore facta dimidio minor erat quam Jovis Olympii[1] signum Athenis sub Hadriano dedicatum. Aesculapius in solio sedebat sinistrum pedem protendens, dextrum retrahens. Scabellum in omnibus nummis deest. Dextram manum serpentis capiti imponit. Cum in E deus dextram pateram tenentem in serpentis capite collocet, forsitan dubites, num hic nummus, omnino Thrasymedeae statuae imaginem praebeat. Sed, cum aliis in rebus cum ceteris nummis satis congruat, is, qui hunc nummum scalpsit, Thrasymedis opus hac in re leviter variasse videtur. Aesculapium autem serpentis capiti, ideo quia bracchium ex ebore sculptum aliquo modo sustineri debuit, manum imponere, Friedländer-Sallet optime intellexerunt[2]. Sinistra manu deus tortum vel nodosum baculum summum eodem modo tenebat, quo sceptrum Juppiter in nummis inde ab Alexandri aetate signatis[3]. Non sceptrum sed baculum Aesculapium gerere ex ipsa Pausaniae voce «βακτηρίαν» apparet. Praeterea Pausanias, ubi de Calamidis[4] Aesculapio Sicyonio aut de Phidiae Jove Olympio[5] verba facit, voce utitur «σκῆπτρον». Pallium inferiorem corporis partem tegens, a tergo in sella retinebatur. De capite dei pauca solum dici possunt. Ex A, A[1] quidem intellegitur barbam auream[6] longe esse demissam, ex F clementiam ex ore elucere. Si G imaginem signi Thrasymedis exhiberet, res optime se haberet. Sed cum hic

[1] cfr. Overbeck, Zeus p. 63.

[2] D. kgl. Münzkabinett p. 75/50.

[3] cfr. Fox, Engravings I 62, 63.

[4] II 10, 3.

[5] V 11, 1.

[6] cfr. Val. Maxim. l. I, t. 1. ext. 3. «idem. (sc. Dionysius Syracusanus) Epidauri Aesculapi barbam auream demi iussit, quod affirmaret non conveniri patrem Apollinem imberbem, ipsum barbatum conspici.»

nummus ad antiquioris quam Thrasymedeae artis rigorem effictus videatur, a nobis omittatur oportet. Ac ne Imhoof-Blumer et Gardner quidem, cum nummum cum reliquis, qui Thrasymedis opus exhibent, non coniungant, illum Aesculapi Thrasymedis caput nobis reddere putare videntur. Restat, ut de solio et de cane disputemus. Aesculapius sedebat in solio sive throno, DF testibus reclinatorio instructo. Pedes solii elegantissime tornati trabibus inter se coniuncti erant. Ex Pausania solo cognoscimus «τῷ θρόνῳ δὲ ἡρώων ἐπειργασμένα Ἀργείων ἔστὶν ἔργα Βελλεροφόντου τὸ ἐς τὴν Χίμαιραν, καὶ Περσεὺς ἀφελὼν τὴν Μεδούσης κεφαλήν.» Res a Bellerophonte et Perseo gestae representatae erant, ut ex voce ἐπειργασμένα intellegas, ectypis, quae secundum Brunnium[1], locum habebant «in den sich entsprechenden Feldern beider Seiten, wo auf einer bekannten Münze mit dem Bild der epidaurischen Statue (= A) die Buchstaben ΘΕ stehen, d. h. zwischen dem mittleren und oberen Riegel der Seitenflächen.» Quae sententia eo confirmatur, quod in solio Jovis Olympii in «κανόσι ποδῶν μεταξὺ τοῦ θρόνου» pugnae Herculis et Thesei contra Amazonas gestae aut ectypis aut quod Overbeckio[2] verisimillimum videtur, sigillis fictae erant. Praeterea in anaglypho musei Borbonici[3] in medio sedis tigno transversae duo grypes iacent. Ad Thrasymedis statuam restituendam Panofka[4] et Brunn[5], adhibere posse putant duo anaglypha fictilia Melia[6] quae nunc in museo Britannico adservantur.

1 Münchener Sitzungsberichte 1872 p. 535 sq.

2 Plastik 3 I p. 260.

3 VI 10; cfr. Brunn l. l. p. 536.

4 l. l. p. 285.

5 Sitzungsberichte der Münchener Akad. 1883 p. 299.

6 Millingen, Unedit. monuments S. II pl. III = MW. I 51, 52 = Baumeister I p. 301/318. II p. 1290/1348.

Sed, ut omittam, quod Baumeister[1] bene perspexit, tum fieri, ut Perseus equo vehens respiceret, neque ullo certo argumento haec duo anaglypha (vel eorum archetypa) fabulas notissimas exhibentia Epidaureae statuae applicita fuisse probari potest, neque tectonicae artis causa haec anaglypha speciem rudioris antiquitatis prae se ferre verisimile videtur.

Canis teste Pausania, qui voce utitur «παρακατακείμενος» et nummis A, A¹ *iuxta deum* iacebat. In nummis B, C, D canis *post* sedem iacet, omnino abest in EF. Minime probandum mihi videtur, quod Friedländer-Sallet[2] putant «die Darstellung entspricht der von Pausanias gegebenen Beschreibung . . . . nur liegt auf der Münze der Hund nicht v o r den Füssen des Gottes, weil der kreisförmige Raum dies nicht gestattet», cum Pausaniae vox «παρακατακείμενος» non aliter intellegi possit nisi «iuxta humi iacens», et cum voce παρακατακείμενος optime congruant nummi A, A¹ [3]. Sed cur canis cum Aesculapio coniungatur, Pausanias[4] memoria tradit: ὡς δὲ ἐν τῇ γῇ τῇ Ἐπιδαυρίων ἔτεκεν (sc. Coronis), ἐκτίθησι τὸν παῖδα (sc. Aesculapium) ἐς τὸ ὄρος τοῦτο ὃ δὴ Τίτθιον ὀνομάζουσιν ἐφ' ἡμῶν, τηνικαῦτα δὲ ἐκαλεῖτο Μύργιον. ἐκκειμένῳ δὲ ἐδίδου μέν οἱ γάλα μία τῶν περὶ τὸ ὄρος [τῶν] ποιμαινομένων αἰγῶν[5], ἐφύλασσε δὲ ὁ κύων ὁ τοῦ αἰπολίου φρουρός. Si quis Thrasymedis statuam cum anaglyphis Atticis confert,

[1] II p. 1290.

[2] Kgl. Münzkabinett p. 75/150.

[3] Mecum P. Gardnerum (Num. chron. 1882 p. 15/28) congruere video.

[4] II 26, 4; cfr. Revue arch. 3e série, vol. IV p. 129 (Reinach). Canem praeterea cum Aesculapio coniunctum vides D. 30; Schöne, Gr. reliefs 102; Cohen, Méd. imp. II p. 337/429; cum Hygia Matz-Duhn 3747. Num Museum Worsley. III 2. *Aesculapium* cum cane consociatum exhibeat, mihi quidem dubium videtur.

[5] cfr. Thraemer p. 629.

statim illum typum Atheniensem leviter variasse cognoscet; nam praeter[1] serpentem ante deum surgentem, cui manus imponitur, et canem statua Epidauria nulla in re differt ab Atticis monumentis, quale est id, quod in Bull. d. c. h. II, 9 publici iuris factum est. Praeterea Thrasymedem Phidiae Jovem Olympium imitatum esse non tam ex ipsius dei figura apparet, quam ex solio quod etsi non tam magnifice ornatum tamen ad exemplum illius signi celebratissimi sculptum est.

5. De Damophontis statua Aegiensi.

Alium quoque artificem *Damophonta Messenium* in Aesculapio fingendo typum Atticum secutum esse nunc ex eis nummis elucet, quibus Imhoof-Blumer et Gardner[2] Pausaniae[3] verba «τῆς δὲ Εἰλειθυίας οὐ μακρὰν Ἀσκληπιοῦ τέ ἐστι τέμενος καὶ ἀγάλματα Ὑγιείας καὶ Ἀσκληπιοῦ. ἰαμβεῖον δὲ ἐπὶ τῷ βάθρῳ τὸν Μεσσήνιον Δαμοφῶντα εἶναι τὸν εἰργασμένον φησίν», illustraverunt. Quibus nummis discimus deum in throno reclinatorio instructo sedisse pallio modo quo solet amictum; dextram baculum in summa parte gessisse, sinistram demisisse, Hygiam adstantem sinistra anguem aram cingentem alere videri, dextra pateram tenere.

CAPUT QUARTUM.

De Aesculapio adolescente.

Artifices, qui priore saeculi quarti dimidio floruerunt, Aesculapium adolescentem repraesentare in deliciis habebant sive religionibus sive aetate, qua omnes dei iuniores reddi solebant permoti. Sed cum hac in

1 Sed cfr. p. 26/1.
2 J. of. h. stud. 1886 p. 88 R 9, 10, 11.
3 VII 23 7.

re iam Calamis praeisset, crediderim artifices singulorum locorum religionibus esse permotos. Quod autem Baumeister[1] coniecit sculptores dubitasse filium adolescentis Apollinis barbatum exhibere ideo negaverim, quod vel iis locis, ubi Aeseulapius Apollinis filius putabatur, barbatus effingebatur.

Inter eos IV. saec. artifices, qui Aesculapium adolescentem fecerunt, primus est *Scopas*, qui Gortyniis deum sculpsit, ut verbis Pausaniae[2] utar «οὐκ ἔχοντά πω γένεια.» Ad hunc Aesculapium Gortynium relatum est anaglyphum Gortyne in Creta insula repertum, quod nunc Lutetiae Parisiorum adservatur[3]. Cum *Lebas*[4] monumentum nostrum ita interpretaretur, ut Jovem Europam Atymnum fictos putaret, *Curtius*[5] Jovem Hygiam Aesculapium adolescentem agnovit, *Bursian*[6] Jovem Heben Martem, *Kekulé*[7] Jovem Heben adolescentem, cui nomen non indit, *Fröhner*[8] Jovem Ἑκατόμβαιον Heben Apollinem, *Overbeck*[9] Jovem Heben adolescentem «der ganz gewiss aber kein Asklepios ist»; Kekuleum sequuntur Friedrichs-Wolters[10]. Vides: quot capita, tot sensus. Cum ectypum Smyrnae emptum, num re vera e Creta originem ducat, perdubium esse videatur, et cum anaglyphum Atticam referat indolem

1 l. l. I p. 137.

2 Pausanias VIII 28, 1.

3 Delineatum est apud Lebasium (Mon. fig. 124), Claracium (II t. 224 A/36 A) «in Monumenti inediti» (IV. 22a). AZ. (1852 t. 38/1 p. 417), apud Overbeckium (Kunstmyth. t. I 46. II).

4 Annali 1845 p. 236.

5 AZ. 1852 p. 419; 1883 p. 256.

6 Hall. Encycl. sect. I vol. 82 p. 455/81.

7 Hebe p. 46/3.

8 Catalogue du Louvre p. 30/8.

9 Kunstmythologie II p. 169. H.

10 Bausteine 1152.

et imberbis Aesculapius chlamyde sola instructus nusquam in monumentis Atticis reperiatur, verisimillima mihi videtur sententia a Michaeli mecum communicata deum sedentem esse Aesculapium adstantibus Hygia et altero filiorum. Similiter enim Hygia patera ornata[1] et Aesculapii filii chlamyde induti[2] prope Aesculapium sedentem stantes saepius in monumentis Atticis reperiuntur.

Cum Aesculapio Titanae cognomen esset «Γορτύνιος»[3] Panofka[4] et Curtius[5] haud improbabiliter statuerunt hunc et ipsum fuisse imberbem. Quem deum temere Panofka in anaglypho Vaticano agnovit[6]. Nam primum ignoramus, ex qua Graeciae parte hoc monumentum oriundum sit; deinde licere non videtur cognomine parum noto quamlibet dei figuram ornare; tum Viscontio[7] teste superior sedentis figurae pars deleta gypso suppleta est, postremo monumentum huius aetatis serpente non careret. Statuam Troezeniam, cum iam veteres dubitasse, utrum Aesculapium, an Hippolytum repraesentaret, Pausanias[8] testetur, adolescentem imberbem baculum serpente cinctum gerentem ostendisse nostro iure putabimus. Nummi quidem Troezenii[9] Aesculapium exhibent bar-

1 Ath. Mitt. 1877 t. 14.

2 Schöne, Gr. Reliefs t. 25/102.

3 Pausanias VIII 47, 1.

4 p. 306, 356.

5 Peloponnes I 351.

6 Visconti, Museo Pio Clementino V 27 p. 167; = Lebas, Mon. de la Morée p. 117; = Panofka V 1.

7 Essendo la principale figura sedente assai guasta nella sua metà superiore ch'è risarcita di stucco mancano certi segnali per conoscere gli invocati iddii.

8 II 23, 4.

9 Journal of hellenic studies 1886 p. 98/9.

batum neque ab habitu posterioris aetatis[1] abhorrentem, sed nihil causae est, cur non praeter Hippolytum illum sive Aesculapium eundem deum adolescentem solita quoque forma cultum fuisse statuamus. Certum est Phliasios Aesculapi imberbis statuam habuisse, cum et Pausanias[2] et huius urbis nummi[3] hoc demonstrent. Non praetermittenda videtur res satis memorabilis: deum imberbem in nummis repraesentari *vestitum*. Antiquissimum monumentum Aesculapi imberbis sine dubio nummus est Zacynthius[4], qui deum in saxo sedentem monstrat, sinistram sede nitentem, dextram ad similitudinem Aesculapi Thrasymedei serpentis capiti imponentem.

[1] Aliam statuam, quam Pausanias (X 4, 3) Panopei in Phocica urbe vidit, alii Prometheum, alii Aesculapium repraesentare putaverunt. Cum periegeta memoriae non tradat, quomodo statua efficta, sit, nihil conicere licet, nisi statuam exhibuisse virum barbatum, cui baculum serpente cinctum non erat datum. — Addere liceat hoc loco, quid Overbeck (Zeus p. 224) et Thraemer (l. l. p. 623) de Trophonio deo censeant. Cum hic credat Aesculapi cultum Lebadeae abiisse in Trophoni religiones, Overbeck Trophonium cum Jove confert. Trophoni statuam fecit Praxiteles Aesculapi simillimam. Praeterea eodem loco statuae erant Trophoni et Hercynae, quas Pausanias (IX 39, 3) his verbis describit: περιειλεγμένοι δέ εἰσιν αὐτῶν τοῖς σκήπτροις δράκοντες. ταῦτα εἰκάσαι μὲν ἄν τις Ἀσκληπιοῦ τε εἶναι καὶ Ὑγιείας, εἶεν δ'ἂν Τροφώνιος καὶ Ἕρκυνα, ἐπεὶ μηδὲ τοὺς δράκοντας Ἀσκληπιοῦ μᾶλλον ἢ καὶ Τροφωνίου νομίζουσιν ἱεροὺς εἶναι`. Recte Overbeck mihi videtur affirmare «Dies Hervorheben der um die Scepter der Statuen geringelten Schlangen lässt kaum einen Zweifel übrig, dass die Aehnlichkeit .... zumeist auf dem Attribut der Schlangenstäbe beruhe, ohne dass man genötigt wäre anzunehmen, sie sei auch eine innerlich durchgreifende auf die Persönlichkeit der Götter selbst bezügliche gewesen? Ciceronis testimonium (de nat. deorum III 22, 56), quod Thraemer in suum usum profert, Trophonium filium esse Valentis et Coronidis, qui eidem Aesculapi parentes esse dicuntur, minoris mihi videtur esse momenti, cum ab aliis scriptoribus idem Trophonius filius Apollinis vel Jovis vel regis Orchomeniorum appelletur.

[2] II 13, 5.

[3] J. of. h. st. 1883 p. 50; 1886 p. 81/4.

[4] Numism. Zeitschr. 1884 p. 38.

Typum autem huius dei melius quadrare ad Apollinem adolescentem non bene contra Imhoofium-Blumerum cum imitatione Thrasymedei operis ad Aesculapium reiciamur, affirmare mihi videntur Percy Gardner [1] et Warwick Wroth [2]

Alia monumenta, quae nobis Aesculapium imberbem exhibent, infima demum artis Romanae aetate sculpta sunt. Sunt statuae: apud Claracium $^{549}/_{1159}$ = MW II. 775; $^{545}/_{1145}$ = MW II. 776. Tertia statua, cum aput fortasse adulterinum sit, omittenda est. (Clarac ^{552}A/$_{1153}$C = Matz-Duhn I. p. $^{18}/_{71}$). Nuper vero Warwick Wroth [3] statuam edidit Cyrenis repertam, quam viri docti inanibus causis nixi ad Aristaeum revocaverunt. Deus soleatus sinistrum umerum baculo serpente cincto fulcit, dextram lateri imponit. Dexter umerus et pectus nuda, comae vitta vel taenia ornatae sunt. Juxta sinistrum dei pedem lapis apparet, qui formam umbilici habet. Mirum est, quod, cum alia Aesculapi capita clementia ac benignitate insignia sint, ex huius ore severitas quaedam elucet. Memoratu autem dignum est duas statuas [4] eodem loco repertas ad eundem typum sculptas esse. Hae tres statuae, quamquam temporibus artis Romanae debentur, tamen ad Aesculapi imberbis habitum illustrandum multum valent neque dubitabimus, quin ad peculiarem quendam dei typum Cyrenis vigentem referendae sint.

Cum certum videatur nummum Mylasium, quem Leake [5] hisce verbis describit: «R. Half draped beardless

1 Types of greek coins p. 157; Num. chron. 1885 p. 92.

2 J. of h. st. 1883 p. 49, 6.

3 J. of h. st. 1883 p. 46; = Smith and Porcher, History of discoveries at Cyrene p. 103/74; AZ. 1861 p. 207 *.

4 Smith and Porcher, l. l. p. 108/140; 107/27. Altera statua in «Archaeologia Scotica IV pl. 16» expressa est; cfr. J. of. h. st. 1884 p. 157.

5 A supplement to numism. Hell. p. 70. Mylasa-Gordianus III.

figure to left; at his feet serpent entwining staff (Asklepios ?)» Aesculapium repraesentare, longe aliter res se habet in omnibus monumentis infra iudicandis, quibus deus nudus exprimitur. Quae quidem monumenta praeter anaglyphum votivum Atheniense [1], quod Duhn suo iure dei filio attribuit, omnia nummi vel gemmae artis Romanae sunt. Enumerabo, si placet, inter ea maxime praecipua [2].

I. Nummus magni moduli aereus sub Marco Aurelio Caesare percussus [3].

II. Nummus Serdicanus imperatore Caracalla percussus [4].

III. Statuae aeneae, quae in museo Caroliruhensi [5] et Bonnensi [6] adservantur, quas Sallet nummorum auxilio, de quibus modo verba fecimus, ad Apollinem vel Aesculapium adolescentum refert, quem dextra manu baculum serpente cinctum tenuisse censet. Sed adolescens ita manum vertit, ut fieri non possit, ut baculum teneat.

IV. Duo nummi Serdicani, sub Caracalla percussi, quos Mionnet [7] ita describit:

«Esculape nu, debout, tenant de la main droite un

[1] D. 30.

[2] W. Wroth (Num. chron. 1882 p. 304/2) reliqua contulit. Statuam aeneam ad Bononiam repertam (Annali 1834 t. E. p. 222 = C. I. G. 6737 = Rœhl, I. G. A 549) in cuius dextro femore litteris, quibus Corinthii utebantur „Αἰσχλαβίῳ Κηφισοδῶρος“ inscriptum est, non Aesculapium sed *Apollinem nudum* repraesentare a Cephisodoro Aesculapio votum Letronne recte intellexit.

[3] Zeitschr. f. Numism. IX p. 140/2 = Friedländer-Sallet, «Münzkabinett» p. 261/1066 = Num. chron. 1882 t. XIV 2.

[4] Zeitschr. für Numism. IX p. 140/3 = Num. chron. 1882 t. XIV 3.

[5] l. l. p. 140/1.

[6] l. l. p. 140.

[7] S. II p. 490/1690-1692.

bâton autour duquel est un serpent, à terre une petite figure nue levant la main droite.»

1692 autre. Au lieu de la petite figure celle de Telesphore.

V. Duo nummi sub Galba percussi, quos Cohen [1] his verbis describit:

«R. S. C. Esculape imberbe ? ou Apollon ? nu, debout, tenant un bâton autour duquel est enlacé un serpent.»

VI. Sestertium Galba imperatore percussum, quem Wroth [2] his verbis illustrat: «Rev. S. C. Naked male figure, beardless, and with hair falling in two long tresses on the shoulders. He stands, facing, and holds in left hand the snak encircled staff; his right hangs down by his side.»

VII. Tres nummi, quorum duos sub Geta, tertium sub Caracalla percussos Cohen [3] ita describit:

«Esculape nu, debout de face dans un temple à quatre colonnes appuyé sur un bâton, autour duquel est enroulé un serpent; de chaque côté de lui on voit un serpent.»

VIII. Gemma Berolinensis, quam Toelken [4] ita describit: «Machaon, der Sohn Aesculaps, als Heros nackend und jugendlich dargestellt, stützt sich auf den von der Heilschlange umwundenen Stab.»

W. Wroth [5] efficere studet has figuras repraesentare Apollinem, qui et ipse medicus hoc filii symbolum gerat. Cuius sententiae causas profert inprimis duas:

[1] Méd. imp.[1] I p. 242/221, 222 = Num. chron. 1882 p. 302 t. XIV 1.

[2] Num. chron. 1882 p. 302 t. XIV 4.

[3] l. l. III p. 393/242; p. 478/157, 158.

[4] Erkl. Verz. IV p. 216/1208.

[5] Num. chron. 1882 p. 301-305.

comarum dispositionem ad Apollinem quadrare, nuditatem vero dedecere Aesculapium. Sallet[1] rem in incerto relinquit, at negari nequit Aesculapio proprium esse caput inclinare et bracchium coxae imponere. Accedit, quod nonnulli nummi cum deo coniunctum exhibent Telesphorum, qui nunquam cum Apolline consociatur, et quod in nummo[2] maioris moduli Hadriano imperante signato a femina serpentem baculum adolescentis pallio solo induti cingentem ali, id quod Hygiae esse solet, quae Aesculapio se comitem saepissime adiungit, ut fortasse hi nummi Aesculapium nudum repraesentantes a reliquis segregandi sint. Haec sunt, quae Wrothio opponi possunt, at assentientem me habet longas comas in umerum defluentes magis convenire Apollini, quam Aesculapio; nuditatem vero corporis omnino Aesculapium dedecere. Baculum autem serpente cinctum ideo litem non dirimit, quod temporibus recentioribus aliis quoque deis, ut Serapidi Herculi Harpocrati attribuitur.

CAPUT QUINTUM.

De Aesculapi divini medici misericordia commoti exemplari.

Jam in enarrandis Aesculapi typis ad finem artis Romanae pervenimus, sed citato cursu rursus ad *Praxitelem et Scopam* eorumque socios redeamus, quos exemplar divini medici misericordia commoti excoluisse putat Thraemer[3] cum Friederichs[4] hunc typum vulgari

[1] l. l.
[2] Num. chron. 1882 p. 304/2, II.
[3] l. l. p. 641.
[4] Berlins ant. Bildwerke[1] II p. 1848.

antiquiorum esse censeat. Quamquam Thraemero adsentiendum est propter monumenta Attica, tamen negari nequit iam in ipsis anaglyphis votivis paulo post Phidiam sculptis primordia posterioris habitus apparere, in quo maiestas magis magisque cedit locum clementiae, ut «ἰατρός» locum dei obtineat. Deum hominibus sive concilium sive medicinam praebentem nonnullis anaglyphis Atheniensibus expressum videmus. Quibus in monumentis sub sinistro maxime umero baculum positum est. Eiusmodi anaglyphum Duhn[1] copiosius describit: Prope pilam Aesculapius stat sinistrum umerum baculo non sculpto sustinens, laevum bracchium quasi loquatur, protendens, dextram coxae imponens. Quod monumentum factum esse ante quarti saeculi initium Duhn testatur. In alio huius generis anaglypho[2] Aesculapius sinistrum umerum baculo non efficto fulcit. Dextra manu baculum attingere videtur, cum sinistram quasi responsum vel consilium det, protendat. Quibus monumentis tertium a Schoenio[3] expressum addimus. Deus sinistro umero baculo non sculpto nititur. Sinistrae, quam ad libram protendit, Duhnio teste dextram videtur imposuisse. Quem gestum Duhn ita explicat, ut deus adoranti homini, cuius superior corporis pars exstat, consilium det. Sed cum Schoenio Aesculapium aliquid porrigentem agnoscere malo, cum mortalis vir digitos plicet tamquam aliquid accipiat.

Aesculapium mortalium aliquem fortunantem Duhn anaglypho aliquo[4] Atheniensi exprimi affirmat, quod deus dextrum bracchium, cuius vestigia nusquam apparent,

[1] 112 = S. 6938.

[2] S. 4001 = D. 10; in Ath. Mitt. 1885 p. 256 publici iuris factum est.

[3] Gr. Reliefs 114 (p. 56) = D. 106.

[4] D. 43 = S. 4006.

eodem modo quo Hygia in alio anaglypho Atheniensi[1] sustulerit. Cum eiusmodi monumentis ea coniungi possunt, quae nobis Aesculapium tenentem pateram, symbolum dei mortales fortunantis[2] ante oculos ponunt. Jam IV. saec. Athenienses deum patera exornasse ex anaglypho[3], in quo Aesculapium baculo serpente cincto nitentem pateram mortali feminae praebere videmus, elucet.

De altero monumento Atheniensi[4] viri docti inter se minime consentiunt. Videmus deum quendam dextra pateram, sinistra vestimenti laciniam tenentem. Fortasse deus, qui a vulgari Aesculapi figura non abhorret, umerum sinistrum baculo in anaglypho non expresso fulcit. Post deum femina stat dextra urnam, sinistra ricam caput velantem tenens, ante eum homines adorantes. Quod anaglyphum *Visconti*[5] ad Jovem et Minervam rettulit, *Lebas*[6] ad Jovem et Europam, *Kekulé*[7] ad Jovem et Heben, *Overbeck*[8], quem suo iure *Michaelis* sequitur, ad Aesculapium et Hygiam. Sed fortasse

[1] Ath. mitt. 1887 t. 17. Anaglyphum, quod Duhn ita describit: «Aesculapius (de quo Sybel dubitat) sinistra manu pallium tenens a dextro latere desumptum dextram manum porrigit alii deo vel homini, cuius bracchium alterum iam mutilatum exstat.» ei anaglyphorum generi adscribendum mihi esse videtur, quod titulis publicis praefigi solebat. (cfr. Schöne, Gr. Reliefs 49, 50; Bulletin de correspondance hell. 1878 t. X = S. 4012 = D. 98).

[2] Preller, Gr. Mythologie[3] I p. 430: «Die Schale als Sinnbild des heilenden Trankes.» Schwarz, apud Thraemerum l. l. p. 624 orbem solis patera significari putat.

[3] S. 4510 = D 5.

[4] Mus. Worsleyan. Cl. I 1 t. I 1. = Michaelis, Ancient marbles, Brocklesby p. 228/10.

[5] Museo Pio Clementino V p. 177.

[6] Annali 1845 p. 240.

[7] Hebe p. 47/5.

[8] Kunstmythologie II p. 576/110. «Hygieia: Wenn sich der Gott als Asklepios erweisen sollte. Und das ist sehr wohl möglich.»

aliquis offenditur, quod Hygia matronae instar repraesentata sit. Quod falso fieri cognoscas ex eo anaglypho, quod Koepp[1] delineandum curavit, ubi eodem fere typo Hygia exhibetur. Hoc loco verba faciemus de statua illa Florentina[2], quam ad exemplar quarti saeculi sculptum esse apparet inprimis ex pulcherrimo capite vitta ornato. Barba enim singularem in modum sculpta aetatem Lysippo antiquiorem indicat[3]. Deus sinistro pede sustinetur. Sinistrorsus se vertens caput in dextram partem inclinat. Pallium sinistrum umerum velans a dextro latere transfertur et sinistro bracchio inicitur. Cum baculum serpente cinctum, dextrum bracchium, laeva manus, quae baculo nituntur, pars corporis inferior inde a genibus adulterina sint, deus non herbam laeva manu tenuisse putandus est, sed fortasse pateram. Adminiculo aliquo sive baculo statua carere nequit, nisi cum Claracio vestigia in sinistro dei umero apparentia ad Hygiae manus referas ita, ut Aesculapius et Hygia consociati fuerint. Quae vestigia Dütschke ad opus non prorsus absolutum refert[4].

Aliquanto longius progrediuntur artifices in eis monumentis IV. saec. Athenis factis, quae deum aegrotos curantem exhibent. Eiusmodi monumenta habemus duo, quorum alterum Lebas edidit[5]. Videmus adolescentem

[1] Ath. Mitt. 1885 p. 258 = D. 10 = S. 4001.

[2] Clarac 547/1152 = MW. II 771 = Dütscke III 198.

[3] cfr. ex. c. Clarac V 834/2098 = Friederichs-Wolters 480. — Furtwängler (Sammlung Sabouroff, Text zu t. 24) statuam Florentinam Argivo artifici deberi putat.

[4] Statua aenea Berolinensis, quam Panofka edidit (III/3 = MW. II 772) Furtwänglero teste (Sammlung Sabouroff t. 24 adn. 9) falsa est.

[5] Voyage archéologique 53/1 = S. 7161 = D. 115 = Schöll, Archäol. Mitt. p. 97/104 = Stephani (Ausruhender Herakles t. IV 1) qui p. 91/6 tabula male depicta nixus *Hygiam* ante lectum sedere affirmat.

ita in lecto cubantem, ut caput duobus pulvinis levetur. Dextram aegrotus tollit quasi adoret. Ante lectum vir magnus sedet, quem Aesculapium esse cum Duhnio crediderim. Quamquam inferior pars corporis et manus solae exstant, tamen superiorem corporis partem nudam fuisse cognoscimus. Dextram cum homine iungit, sinistra baculum tenet. Post aegrotum conspicitur fortasse alter Aesculapi filiorum, qui aut «ὀρέγει οἱ τὴν παιώνιον χεῖρα», (ut verbis utar Suidae [1]) aut manu aliquid tenet. Sybel cur dubitet, num deus sedens Aesculapius sit, non intelligo. Nam deum aliquem hanc figuram nobis repraesentare conlatis adorantibus mortalibus, qui in dextra anaglyphi parte conspiciuntur cum illis, qui aegrotum adolescentem curant, certo concedes. Verum si deus hic agnoscendus est, quem magis aegros curare decet, quam Aesculapium? Tum Sybelium videtur fugisse Duhni interpretationem altero monumento Attico [2] comprobari, quod Aesculapium exhibet baculo serpente cincto instructum iuxta lectum stantem, in quo homo aegrotus iacet, cuius caput vir barbatus sedens inter manus tenet. Anaglyphum e voto positum est Aesculapio.

CAPUT SEXTUM.

De nonnullis Aesculapi capitibus.

Restat, priusquam ad enarrandos typos inde ab Alexandro Magno effictos accedamus, ut de nonnulis capitibus, quae non velut caput illud nunc Parisinum [3]

1 s. v. Θεόπομπος.

2 S. 3010.

3 Bouillon t. I pl. 70 = MW. II 764 = Clarac 1081/2785 D = Fröhner, Musée de Louvre p. 371/403. — Vel Michaelis, Ancient marbles, Brocklesby p. 235/60 = Museum Worsleyanum Cl. II 9

vitta tortili nullo negotio ad Aesculapium referri possunt, verba faciamus. Pulcherrimum caput[1] anno huius saec. XXVIII. Meli in insula repertum IV. saec. deberi inter omnes constat. Quod caput cum olim uno ore omnes Aesculapium, primus *Overbeck* Jovem repraesentare contendit. Caput enim maiestatem cum clementia coniungere, ut deceat Jovem, deinde comarum dispositionem Jovis magis quam Aesculapi esse, tum frontem ad Jovis typum fictam. Cum hoc capite reperta sunt tituli Aesculapio et Hygiae voti, complures Hygiae statuae, nonnulla membra vota; quae omnia primo p. Chr. saec. orta sunt, ita ut fere V. saec. inter caput et ceteras illas res elapsa sint. Quamobrem Overbeck sacerdotem non id egisse putat, ut verum Aesculapi caput voveret, sed Jovis statuae caput Aesculapio obtulisse. Quod quamquam fieri potuit, tamen sacerdotem ita egisse a simplici ratione tantopere abhorret, ut tum demum isti historiolae fidem tribuere velis, ubi certo tibi persuaseris, caput Jovis, non Aesculapi esse, neque vero ex illa coniectura rationem petere licet huic vel illi deo caput attribuendi. Ac primum quidem Jovis μειλιχίου capita tam rara sunt, ut Overbeck ipse non plura quam sex vel septem congesserit. Tum dispositio comarum non tanti est momenti, cum comas ad sur-

t. 13/5. = Dütschke, Antike Bildwerke in Oberitalien IV 854, V 335, 341. — Visconti, Museo Torlonia 265. — Bulletino municipale I p. 294/4. — Gemma pulchra (MW. II 762 = Gori, Mus. Flor. II t. 7/2; cfr. Brunn, Künstlergesch. II 2 p. 550) cuius inscriptionem ΑΥΛΟΥ Stephani (Kœhler, Gesammelte Abh. über geschn. Steine p. 342) possessori tribuit, num vittam tortilem praebeat, dubitaverim. Ad exemplum huius gemmae altera scalpta est, quae nunc Eboraci novi adservatur (the Johnston collection of ungraved gems in the Metropolitain museum of art p. 51/126.)

1 cfr. Annali 1829 p. 341 — AZ. 1859 p. 117* — Expédition de la Morée III t. 29 1 = MW. II 763 = Overbeck, Kunstmyth. T. II 2/12 (II p. 88/23), alias.

gentes et defluentes in Epidauriis quoque statuis invenias; quid quod Overbeck[1] ipse nummos Epidaurios et Coos laudat, eandem comarum dispositionem exhibentes? Vestigia coronae autem non contra Aesculapi nomen proferri posse cognosces ex nummis, qui sine dubio Aesculapium laureatum repraesentant[2]. Concedendum sane est neque frontem Aesculapi, quoad ex delineationibus cognosci potest unquam bipartitam neque oculos sursum spectantes effingi; sed litem quodammodo dirimere posse videtur statua[3] a Michaeli descripta, cuius caput eodem teste[4] animum contemplantis revocat ad caput Melium, ita ut alterum alteri nomen suum vindicet. Illi autem, qui caput Melium confert cum ceteris Jovis capitibus, quae Overbeck delineanda curavit, statim apparebit, hoc caput a ceteris cum ore leviter aperto tum vultu clementia imbuto differe, quod magis sentire, quam verbis exponere possis.

Sed aliis quoque capitibus suum nomen indere difficillimum est. Ad Aesculapium recte Hettner mihi videtur rettulisse caput, nunc Dresdae[5] servatum, cum ex ore magis comitas et benevolentia quam maiestas et superbia eluceat. De capite musei Capitolini Overbeck[6] ipse

[1] Zeus p. 568/77; cfr. quoque Num. chron. 1882 p. 22 t. I 4.

[2] Mionnet S. VI p. 573/78 nummus Cous; Catalogue Italy p. 383/10 nummus Rheginensis. — Statuam fictilem Pompeis erutam (Clarac 552 B./1155 A. = Overbeck, Pompei[4] p. 112) non Aesculapium sed *Jovem* laureatum repraesentare Overbeck coarguit. Quid laurus in Aesculapi cultu sibi velit Bœtticher (Baumkultus p. 359) exponit.

[3] Anc. marbles: Ince Blundell p. 342/20 = Clarac 550/1160 A.

[4] «Strongly reminds one of the Blacas Ásklepios in the British Museum. Consequently the nomenclature both of the statue and the head is reciprocally verified.»

[5] Augusteum II t. 39/1 = Hettner, Die Bildwerke des königl. Antiquariums in Dresden p. 59/23.

[6] Zeus p. 77. — Museo Capitolino II, frontisp. — Beschreibung der Stadt Rom III 1 p. 169/42. cfr. Mayer zu Winkelmann, Gesch. der Kunst V 1/30.

dubitat, utrum Jovi an Aesculapio attribuendum sit. Comae surgentes etsi in Aesculapi capitibus inveniuntur, tamen magis Jovis propriae sunt. Oculi autem sursum spectantes et maiestas severitasque quaedam, quo totum os imbutum esse mihi videtur, Jovis vultum magis quam Aesculapium decent.

De his tribus capitibus, cum delineata sint, iudicium ferre audeo. Alia autem capita, quae utrum Aesculapio an Jovis adtribuenda sint, homines docti dissentiunt, cum ex solis catalogis noverim, in adnotatione enumerabo[1].

Cum in his capitibus haesitetur, utrum Jovis an Aesculapi sint, Cadalvene[2] in nummo Oropio inter *Aesculapium* et *Amphiaraum* animo fluctuat. Verum et vultus et baculum serpente cinctum Aesculapium commendant, praesertim cum a Pausania[3] edoceamur Oropi incolas Hygiae aram vovisse, nisi forte Amphiaraum, cuius figuram omnino ignoramus, ad Aesculapi typum effictum esse putamus, id quod a veritate prorsus abest, cum Amphiaraus aut sub vatis specie aut militari ducis habitu fingi debuerit[4].

Felicissime porro Lambros[5] in nummis Amorginis,

1 A) Michaelis, Ancient marbles: 1) Rossie Priory p. 652/42; 2) Holkham p. 320/55; 3) Deepdene p. 291/41. — B) Dütschke, Antike Bildwerke in Oberitalien: 4) II 503 Palazzo Orlandi; 5) IV 154 Turin, m. d. antichitá; 6) V 65 Venedig, museo archeologico. — C) A. Z. 1868 p. 11 (Heydemann): 7) Musei Chiaramonti caput. — D) Matz-Duhn, Antike Bildwerke in Rom: 8) P. Giustiniani 23; 9) V. Carpegna 24; 10) S. Clemente 86; 11) P. Torlonia I 87; 12) P. Caetani 3607; 13) P. Saraffini 3611. — E) Schreiber, D. ant. Bildwerke d. Villa Ludovisi 74. — E) Benndorf-Schöne, Lateran 85.

2 Recueil de monnaies grecques p. 168.

3 I 34, 3.

4 cfr. Ath. Mitt. 1879 p. 250 (Kœhler).

5 Νομίσματα τοῦ Ἀμοργοῦ. cfr. praeterea Bulletin de corr. hell. I t. 9 p. 216 = AZ. 1877 p. 166/86 et Ath. Mitt. I p. 331 (Weil).

quos *Cadalvene*[1] ad Jovem rettulerat, cucurbitam, quam medici ad eliciendum sanguinem adhibere solent eaque Aesculapium agnovit.

Eodem modo Mionneti errorem M. du Mersan[2] correxit demonstrans nummum Larisaeum non Homerum cum lyra, sed Aesculapium cum serpente coniunctum exhibere.

CAPUT SEPTIMUM.

De Aesculapi figura inde ab Alexandri Magni aetate usque ad ultima artis Romanae tempora monumentis expressa.

1. *De artificibus.*

Artifices inde ab Alexandri Magni aetate florentes Aesculapium saepe repraesentaverunt. *Cephisodotus*[3] quidem, qui exeunte fere saeculo quarto floruit[4] Aesculapium fecit, qui postea Romae «intra Octaviae porticus in Iunonis aede» erat.

Phyromachus Atheniensis[5] III. fere saec. Pergamenis Aesculapium sculpsit. Quam statuam cum antea viri docti in nummis recentioribus Aesculapium *stantem* exhibentibus agnovissent, Worth[6], quod in nummis Pergamenis ante Romanorum aetatem percussis hic deus non repraesentetur nisi *sedens*, in nummo quodam reperisse sibi visus est, qui hunc deum

[1] Recueil p. 223.

[2] Revue numismatique 1844 p. 31.

[3] Plinius NH. XXXVI 24.

[4] cfr. Lœwy, Inschriften griech. Bildhauer p. 87/108 sq.

[5] Polybius 32, 25. — Diodorus Siculus exc. l. 31 fr. 46. — cfr. Lœwy l. l. p. 92/118.

[6] Num. Chron. 1882 p. 14 t. I 3.

sedentem praebet. Aesculapius enim inferiore in corpore pallio vestitus in capite vitta fortasse ornatus dextra pateram tenet, ex qua serpens bibit, sinistrum in gremio collocat. Post eum sceptrum conspicitur. Si putamus statuam postea a Prusia Attalo victo ablatam nummis fingi, sine dubio versimilius est nummos Attalicos hoc signum imitari quam nummos sub imp. Rom. percussos, quamquam fieri potuit, ut statua in caput provinciae Romanae redditum sit[1]. Non omnino autem Wrothio adstipulor Phyromachum Thrasymedem secutum esse, cum, praeterquam quod canis abest, discrepantiae inter duo artificia maximae sint. Phyromacho falso Aesculapi primum exemplar attribui iam supra diximus.

Niceratus[2] quoque Atheniensis Phyromachi aequalis et socius Aesculapium et Hygiam fecit, qui postea in «Concordiae templo Romae» fuerunt. Temere Guattani»[3] Cephisodoti vel Nicerarti opus in Aesculapi statua agnovit, quam apud Claracium[4] videre licet.

Boethus Aesculapium *puerum* repraesentavisset, si duo epigrammata[5] verum clari illius artificis monumentum describerent, id quod Kaibel negat. Aesculapius infans caprae mammas sugens, qui ab Aresthana invenitur, in nummis Epidauriis[6] apparet. Qui nummi optime, quae Pausanias[7] de Aesculapi infantia memoria

1 Sed cfr. Hall. Encyclopaedie sect. I vol. 82 p. 482/81. (Bursian), Overbeck, Plastik[3] II p. 202 adn. 17.

2 Plinius NH. XXXIV 80. cfr. Lœwy l. l. p. 92/118.

3 Mon. inediti 1784 nov. t. 2 p. 91.

4 549/1158.

5 C. I. G. III 5974 AB. = Kaibel, Epigr. gr. p. 531/805 a; cfr. Lœwy l. l. p. 364/535.

6 Panofka I 1 = MW. II 759. J. of h. st. 1885 p. 92 L 1.

7 II 26/4.

prodit, illustrant. Brunn[1] et Kekulé[2] coniungentes fabulam Aesculapium caprae mammas sugentem ab Aresthana pastore in Titthio monte inventum esse cum eis, quae idem Pausanias tradit[3] Aesculapium post matris mortem a Mercurio ad Chironem translatum esse, in disco marmoreo musei Lateranensis repraesentari putaverunt Mercurium portantem «la creatura non già a Chirone, ma alla capra». Quam fabulam ita immutatam hic effictam esse Wilamowitz[4] his verbis negat: «wie soll man sich eine Geschichte denken, in welcher Hermes das Kind zu der Ziege brachte? Ausserdem kann ein unbefangener Betrachter des Reliefs nur glauben, dass Hermes das Kind eben findet.»

Quamquam Kekuleio assentiendum mihi videtur «che il dio stia già da lungo tempo in quella attitudine comoda, quasi per custodire il miraculoso nutrimento del bambino», tamen dubitaverim, num Aesculapius infans, cum haec fabula in Argolide et Arcadia sola nota nisi in nummis Epidauriis non exhibeatur, hic effictus sit. Nonne Mercurius alios quoque infantes divos velut Bacchum curat? Cur non eodem iure hoc in disco Bacchum agnoscere licet, cum in anaglypho quodam[5] sine dubio Bacchus infans sub capra appareat. Nisi forte putamus artificem inscite pro Aresthana Mercurium sculpsisse, id quod non videtur verisimile, non est, cur hic Bacchum vel alium deum infantem[6] exprimi negemus.

[1] A. Z. 1862 p. 282*. Bulletino 1862 p. 5.

[2] Nuove memorie 1865 t. IV 2 p. 125. Assentiuntur, Matz-Duhn 3615.

[3] II 26/6.

[4] Isyllos p. 88/1.

[5] MW. II 411; cfr. Heydemann, Dionysos' Geburt u. Kindheit. Hallisches Winkelmannsprogramm 1885 p. 55.

[6] cfr. Compte Rendu 1869 p. 103.

Non minus dubium videtur, num in cinerario[1] Romano capra mammas infanti praebens cum Duhnio ad Aesculapium revocanda sit. Aliud monumentum Lateranense a Braunio[2] publici iuris factum et Jovi infanti attributum Kekuleio[3], cum Pausanias Thelpusae, Aesculalapium a palumbe altum et ab Autolao inventum esse memoria tradat[4], Aesculapium potius cum Trygone turture et Autolao videtur exhibere. Kekuleium Benndorf et Schoene[5] sequuntur adiectis quidem verbis «so lange indess ähnliche Monumente fehlen, wird sich die Erklärung schwerlich zur Evidenz bringen lassen.» Mihi vero Kekulei explicatio, cum Aesculapius (quem Kekulé dicit) noniam infans sed puer sit, vir autem cantharo et cornu potorio instructus Libero patri vel sacerdoti similis Autolaus esse non possit, omnino videtur reicienda. Palumbes autem, silvarum incola, eadem de causa hic locum habet. qua alio in anaglypho Lateranensi[6]. Quomodo autem hoc anaglyphum explicandum sit, cum Jovem infantem repraesentatum esse propter virum adstantem non videatur verisimile, equidem nescio.

Timocles et Timarchides[7] saec. II. vel. I. a. Chr. florentes Elatensibus Aesculapium barbatum sculpserunt.

Pictores quoque hac aetate ad Aesculapium pingendum accesserunt. *Nicophanes*[8] quidem Aesculapium

1 Matz-Duhn 3962.

2 Antike Bildwerke I t. V.

3 l. l. p. 124/4.

4 VIII 25, 11.

5 Lateran 11; cfr. K. Sittl, Der Adler u. die Weltkugel als Attribut des Zeus, in «Neue Jahrbücher für class. Phil. 1785, XIV. Supplement-Band» p. 45. — Wilamowitz (l. l.), hoc anaglyphum alio (MW. II 482), videtur confudisse.

6 MW. II 40/482. = Benndorf-Schöne 24.

7 Pausanias X 34/6. cfr. Lœwy l. l. p. 175/242.

8 Plinius NH. XXXV 137.

cum filiabus, *Omphalio*[1] Messeniis Aesculapium et Machaona et Podalirium, *Aristarete*[2] Nearchi filia et discipula Aesculapium pinxit. De quibus omnibus nihil certi ad nos pervenit.

2. *De Aesculapi stantis figura.*

Ad typum IV. saec. excultum hac aetate multae statuae sculpuntur. Sed singulis in partibus dei figura mutari solet. Vestimentum plenius et uberius in sinistrum umerum colligitur[3]; saepe pars pallii triangularis pro ventre eo modo efficitur[4], quo in monumentis Atticis et Cyrenaicis factum vidimus. Contra aliis in statuis dei corpus magis magisque nudatur[5], ut superior corporis pars paene tota nuda sit. Nec mirum, quod deus, qui semper iturus fingatur, calceis pro soleis utitur[6].

Pro baculo Aesculapius multis in monumentis ad Herculis exemplum clava[7], vel ramo[8] instructus est.

[1] Pausanias IV 31/12.

[2] Plinius N. H. XXXV 147.

[3] Clarac 346/1151.

[4] Clarac 545/1147; 547/1155. Dütschke V 762; V 631.

[5] Clarac 551/1160 C. = Matz-Duhn I 55; Clarac 293/1148 = MW II 768 = Fröhner, Louvre p. 370/401; hoc monumentum videtur repetere statua, quam Matz-Duhn, sub 63 describit; nummus maioris moduli Thyatirensis Panofka I 16.

[6] Jahrbücher des Vereins von Altertumsfreunden im Rheinland vol. XIV 1, 2. Antichità di Ercolano bronzi I p. 271. Benndorf-Schöne, Lateran 78; Clarac 560 A./1160 D. = Matz-Duhn I 58 = Panofka I 5; Matz-Duhn 83; Benndorf-Schöne 78. Quae Panofka (p. 343) ex Plinio (NH. 29, 4, 22 (?) locum laudatum non repperi) de Aesculapio calceis instructo profert, vana mihi videntur esse.

[7] Matz-Duhn I p. 13/52 = Maffei-Rossi Raccolta, t. 132; M. d. J. V 36 = Annali 1851 p. 293; Clarac 295/1150.

[8] Matz-Duhn 72. — Clarac 550/1160 A. = Michaelis, Jnce Blundell p. 341/20. — Panofka I 5. = Clarac 560 A/1160 D. = Matz-Duhn 58. In nummis maioris moduli Achaico (?) (Panofka I 12 = MW. II 775) et Pergameno (Num. chr. 1882 t. II 8 p. 30) Aesculapius *sceptrum* tenet.

Nescio an ramus primum in Epidauriis monumentis deo datus sit, cum hic in statuis recentioris aetatis saepius inveniatur[1], nunquam in Atticis monumentis[2]. Baculum ita mutatum artifices Herculis clavam imitantes Aesculapio attribuebant plane ignorantes, quid hoc symbolum sibi vellet. Clavam deus Herculis modo aut manu leviter tenet aut in summa parte captam gerit.

Praeter typum tritum plus minusve variatum Aesculapius deliberabandus, quomodo aegrotis auxilium ferat[3], effingitur. Medidationis signum est manus saepe volumen, medicae artis symbolum[4], tenens mento admota. Ex ore severa tristitia quaedam elucet, qualis hominem magis quam deum decet.

Quorum monumentorum[5] pulcherrima sunt: statua nunc Florentina[6] et diptychum Wiczaianum[7]. In statua

1 Ἐφημερὶς ἀρχαιολογική 1885 II 9.

2 In parva statua Attica, quam Sybel (1135) sic describit: Fragment eines Figürchens (Asklepios ?) auf Plinthe, l. Fuss, hinten Mantelrest, zur L. Baumstamm, daran eine Schlange» truncus non baculi partes agere videtur.

3 Cum hic typus dei cum philosophorum et poetarum solita figura congruat, fortasse nonnullae statuae male suppletae Aesculapio attribuendae sunt.

4 Clarac 548/1158 = Michaelis, Deepdene p. 284/9 exhibet capsam maximam partem suppletam: symbolum artis medicae. Eodem modo mihi explicanda videntur tabula cerata manubrio instructa et duo voluminae inter se coniuncta in statua Parisina (Clarac 294/1164 = Fröhner, Louvre, p. 369/400), quae Fröhner artis medicae doctrinas exhibere putat. — Albericus philosophus «de deorum imaginibus» Aesculapium depingit «in cuius sinu erant pyxides unguentorum et alia instrumenta ad medicum pertinentia». (Muncker, Mythographi latini p. 322.) (cfr. Jahrbücher d. V. v. A.-F. im Rheinland V p. 310/20.)

5 Anaglyphi fragmentum, quod Sybel (4606 = D. 26) ita describit: «Fragm., Relief vorspringend; Sims, Architrav, ab 3 Seiten: Kopf u. l. R. am Kinn; folgt zerstörter Kopf; ab Figur,» utrum Aesculapio attribuendum sit necne, dubium videtur.

6 Gori, Mus. Florent. III 97 = MW. II 770 = Clarac 846/2131 = Dütschke II 19.

7 Gori, Thes. vet. diptychor. t. IV 62 = MW. II 792 a, b = Michaelis, Ancient marbles, Liverpool p. 428.

Florentina deus sinistram manum volumen tenentem mento admovet, dextram lateri imponit. Humi iuxta eum umbilicus conspicitur, quo philosophi nomem antea statuae inditum redarguitur. Cum maior baculi pars recentiore aetate addita sit, serpentem quondam statuae non defuisse verisimile est. Dütschke, qui hanc statuam fortasse Graecum opus aliorum similium archetypum esse (ut ita dicam) putat, nummum Amastriacum [1] confert sub Antonino Pio percussum, qui eundem fere typum praebet.

Diptychum in altera parte Hygiam [2] repraesentat serpenti ovum porrigentem, in altera Aesculapium, qui soleatus sinistram volumen tenentem mento admovet, dextram lateri imponit. Comae taenia ornatae in cervices longe defluunt. Id maxime monendum est, deum eo esse oris habitu, ut speciem praebeat hominis intenta mente meditantis. Magnam clavam serpente cinctam deus bucranio [3] imponit. Juxta deum parvus Telesphorus cucullatus volumen [4] explicans conspicitur. Qui-

[1] Panofka I 15 = Mionnet S. IV p. 555/30.

[2] Cur Amor hic et in statua quadam (Michaelis, Anc. marbles, Lowther castle 4) cum Hygia coniunctus sit, non liquet, nam quae Baumeister (l. l. 140) profert, «neben H. ein flügelloser Eros, ... dessen Erklärung neben dem jungen Weibe nicht viel Schwierigkeit machen sollte» rem non explicant. Neque magis constat, quid sibi velit cista mystica. post quam puer surgit, quem Acesium vel Euamerionem esse putant. Urnam (πρόχους) serpente cinctam Roscher (Neue Jahrbücher für Philologie und Pädagogik 1886 p. 245) ad Hygiae symbolum revocat. cfr. AZ. 1884 p. 218 (Puchstein).

[3] In statua villae Nataletti (Matz-Duhn 81) iuxta laevum pedem dei ingens caput arietis; in gemma Berolinensi (Tœlken IV p. 215/1197) iuxta Aesculapium sedentem caput arietis et nux pinea, in nummo Rhegino (Carelli. 199/104) iuxta A caput bucranion conspiciuntur. In alia gemma Berolinensi (Tœlken IV p. 214/1196 * = Panofka I 6 = MW. II 774) deus in testudine stat, quae quid significet, cum interpretationes propositae (Panofka p. 352; Tœlken l. l. IV 1196; Annali 1836 p. 319 (Braun) parum verisimiles sint, me ignorare confiteor.

[4] cfr. Br. Mus. gr.-rom. sculpt. p. II p. 13/27.

bus monumentis praeter nummum Pergamenum imperante. L. Vero signatum, quem Leake[1] ita describit: « Asklepios to left, right hand leaning on staff entwined by serpent, opposed to Hygieia, left hand raised towards face », addimus gemmam[2] aetate Romana scalptam, quam Aesculapium reddere verisimile est, et tria sigilla aenea[3], Herculis, Chironis, Aesculapi coniuncta. Aesculapius plenissime vestitus dextra manu volumen tenet, sinistram baculo serpente cincto fultam mento admovet. Aesculapium cum Chirone et Apolline Pompeiana[4] consociatum videmus in pictura. Deus medicinae in sella plicatili sedens dextram meditabundus mento adponit, sinistra baculum tenet. Etsi, quod Millin[5] proposuit Chironem Peleo praesente Achilli herbas medicamentis idoneas indicare, propter umbilicum reiciendum est, tamen quod Aesculapi baculum ex more antiquissimorum monumentorum serpente caret, satis mirum est. Sine dubio Aesculapium nummus Pergamenus exhibet, quem Mionnet[6] his verbis describit: « Esculape assis sur un siège à gauche portant la main droite à sa bouche et tenant de la gauche son bâton, autour duquel est un serpent. »

Aliter Aesculapius mentis cogitatione defixus in nummis Cois[7], Nicaensibus[8], Amastricis[9], in duabus

1 Numismata Hellenica, supplement p. 79.

2 Musée Fol 1876 t. 43/1; p. 199/1.

3 Vaux, Handbook of the antiquities of the Br. M. p. 409.

4 Ternite, Wandgemälde H. 1 t. 4 = Pitture d'Ercolano vol. V, p. 223 = MW. II 793 = Helbig, Wandgemälde Campaniens p. 54/202.

5 Mythol. Gallerie t. 153, 554 p. 132.

6 S. V p. 443/1018, Faustina Junior.

7 Mionnet S. VI p. 570/51.

8 Mionnet S. V p. 103/550.

9 Mionnet D II p. 392/30.

statuis[1] ita repraesentari solet, ut alteram manum tergo imponat. Statuae Aesculapi Parisinae[2], cuius bracchia adulterina sunt, dextrum bracchium in tergo collocatum recte suppletum esse videtur, cum sinistrum protensum sine dubio olim baculum tenuerit.

In aliis monumentis, velut in nummis Pergamenis[3], Achaicis[4], Orchomeniis[5], Argivis[6], in statuis duabus[7], quarum altera in Provinciae finibus inventa nunc Tolosae adservatur, altera olim in villa Matteiana locum habuit, Aesculapius alteram manum pro ventre quasi gestum agat, ponit. Una in statua[8] deus volumine instructus est, quo explicari videtur, cur manus ita collocata sit.

Aesculapius quasi loquatur, in nummo Atheniensi[9] saec. II. vel primo percusso, in nummis Agrigentinis[10] eadem aetate ortis, in nummo maioris moduli sub Marco Aurelio et Lucio Vero percusso[11] conspicitur alteram manum levans vel extendens.

Contrarium motum manus monstrant praeter nummum aeneum Atheniensem[12] aetate imperatorum Romanorum percussum, complures statuae[13].

[1] Matz-Duhn 70. — Hübner, Die antiken Bildwerke in Madrid p. 240/553 (?).

[2] Clarac 293/1149 = Frœhner, Louvre p. 371/402.

[3] Panofka I 3 = Mionnet S. V p. 451/1058; Choiseul-Gouffier, Voyage pittoresque vol. II p. 5 = MW. I, 219 b. cfr. Handbuch § 157* 1 = N. chronicle 1882 t. II, 10 p. 43; II 1 p. 21.

[4] Panofka I 12.

[5] Cadalvene, R. d. m. gr. III p. 209/11.

[6] Journal of hellenic studies 1885 p. 86/15, K. 35.

[7] Clarac 548/1168; 552 B./1155 D.

[8] Clarac 552 A/1155 B.

[9] Beulé, Monnaies d'Athènes p. 331.

[10] Catalogue Sicily p. 22/153, 154.

[11] Fröhner, Médailles de l'empire Rom. p. 86.

[12] Beulé, Monnaies d'Athènes, p. 401.

[13] Michaelis, London, Soane Museum p. 473/1. — Michaelis, Ince Blundel p. 342/21 = Clarac 551/1160 B. — Clarac 549/1157 = MW. II 769. — Friederichs, Kl. Kunst etc. p. 422/1973 (?).

Quibus in monumentis dei euntis typus ad finem perductus est, cum euntem magis conveniat bracchium demittere, quam coxae imponere, qui motus optime ei convenit, qui in via ambulans pede consistit.

3. De Aesculapi sedentis figura.

Hoc loco de *Xenophilo* et *Stratone,* quos in paragrapho huius capitis prima non commemoravimus, verba faciemus, cum paulo accuratius, quomodo Aesculapium effinxerint[1] sciamus. Sculpserunt enim hi artifices Aesculapium *sedentem* adstante Hygia filia. Ad quorum artificum opus sine idonea causa Viscontium[2] rettulisse statuam musei Pii-Clementini Thraemer[3], cum ita Aesculapium cum Hygia coniunctum saepius[4] conspicere liceat, suo iure mihi videtur affirmare. Sed si Imhoof-Blumer et Gardner[5] utrumque deum in nummis Argivis recte agnoverunt, Xenophilus et Strato Thrasymedem secuti sunt. Deus enim sinistra baculum tenet, dextram (id quod ex nummo ex parte deleto non certo apparet) serpentis capiti imponere videtur. Thrasymedem autem in Aesculapi figura effingenda alios artifices imitatos esse praeter nummum Zacynthium, de quo supra verba fecimus, nummi Pergameni[6], Aegienses[7], Mytilenaeae[8]

[1] Pausanias II 23 4. cfr. Lœwy, l. l. p. 187/261.

[2] Museo Pio Clementino II 3 = Panofka III 6 = Clarac 546/1151 B.

[3] p. 633.

[4] Exempli causa Hübner, Ant. Bildw. in Madrid p. 241/557.

[5] l. l. p. 89, 24, K. 47.

[6] Panofka I 8 = MW. II 767 = Mionnet S. V p. 462/1111.

[7] Mionnet S. VII p. 155/25. Aegae, Cilicie. M. Aurelius: «Esculape assis . . . la main droite posée sur la haste pure, la gauche levée, à ses pieds un serpent dressé sur ses replis.»

[8] Mionnet D. III p. 59/83. Valerianus Senior. — «Esc. assis . . . tenant une patère dans la main droite et la haste dans la gauche; à ses pieds un serpent.» — Hic nummus omnino cum illo congruit quem F. littera disignavimus.

demonstrant. De nummo Cleonaeo, quem Imhoof-Blumer et Gardner[1] his verbis describunt «Asklepios seated with dog» certi aliquid affirmare non licet. Cum neque in monumentis Atticis neque in Epidauriis Aesculapius *sedens* baculo serpente cincto instructus sit, in nummis Pergamenis[2] aetate imperatorum Romanorum percussis, Mytilenaeis[3], Rheginis[4] sceptrum tenet, cui serpens obvolvitur. Quid quod nummus Magnetum Thessalorum[5] Aesculapium exhibet sedentem et sceptro et baculo ornatum, unde apparet baculum serpente cinctum hac aetate in triti symboli partes abiisse, cuius vis artificem omnino fugit.

4. De Aesculapio serpentem nutriente.

Aesculapium serpentem nutrientem iam antiquissimum huius dei monumentem, nummus Thessalicus expressit. In nummo Triccensi[6] tertio fere saeculo signato Aesculapius in sella plicatili sedet, dextra manu serpenti avem porrigens, sinistro umero baculum imponens. Habitum et figuram Thrasymedeae statuae subtilius excultum atque variatum nummi monstrant, in quibus Aesculapius sedens altera manu baculum tenet altera serpentem ante ipsum surgentem alit. Sic in nummis Priansibus[7] et Argivis[8] deus conspicitur serpenti dextra ante

[1] l. l. p. 81, 2.

[2] Mionnet S. V p. 460/1106. Leake, Numismata Hellenica p. 98.

[3] Mionnet S. VI p. 67/98, 100.

[4] Catalogue Italy p. 381/89, 90, 91.

[5] Thraemer p. 629.

[6] Sestini, Mus. Fontana t. X 11 = Panofka I 13 = MW. II 765 = Mionnet D. II p. 25/79 = Leake NH. II p. 108 = Bulletin de corr. hellénique 1881 p. 299. Friedländer, Berliner Monatsberichte 1878 p. 449 t. 1, 1.

[7] Mionnet S. IV p. 339/280 méd. auton.

[8] Sestini, Descript. du musée Fontana p. 66/22; Domna. — Mionnet S. VII p. 196/192. Gallienus; Cilicie, Argos.

ipsum surgenti aliquid praebens, sinistra hastam gerens. Num *Phyromachus* Aesculapium serpentem nutrientem sculpserit, nondum liquet. In nummis Nicopolitanis [1] Aesculapium videmus dextra pateram serpenti praebentum, sinistra hastam [2] tenentem. Artifices, qui deum hoc modo effinxerunt, sine dubio Hygiam sibi imitandam elegerunt. Modo ovum vel simile aliquid deus animali porrigit modo pateram, unde bibat, offert. In statua quidem Epidauria [3], in statua villae Gustinianae [4], in gemma [5] Romana aetate scalpta fortasse in statua Cantabrigiensi [6] Aesculapius serpenti ovum [7] porrigit. At in anaglypho nunc Parisino [8] Aesculapius et Hygia serpentes, in anaglypho [9] in Russia reperto, in gemma [10]

[1] Mionnet S. III p. 381/159. Antoninus Pius.

[2] In statua Romana (Matz-Duhn 53, Monte Pincio) Aesculapius repraesentatur sinistra pateram tollens, dextra collum serpentis surgentis comprehendens. Sed cum et sinistri bracchii longe maior et inferior brachii dextri pars suppleta sit, deum baculum tenuisse verisimile est.

[3] Ἐφημερὶς ἀρχαιολογική 1885 t. II 9.

[4] Matz-Duhn 65.

[5] Musée Fol 1876 p. 43/40.

[6] Michaelis p. 271/114.

[7] Statuam Barberiniam (Matz-Duhn 51; cfr. Bulletino 1870 p. 36). in qua iuxta Hygium serpentem nutrientem Aesculapius conspicitur sinistra manu tenens «einen weichen Gegenstand, der durch seine herabhängenden Lappen einer Leber sehr gleicht — Zoega .... sieht in ihm einen Honigkuchen — er berührt denselben mit der Rechten. In das untere Ende dieses Gegenstandes beisst die um den knotigen Stock des Gottes sich windende bärtige Schlange» fortasse ad *deum oracula dantem* referenda est.

[8] Clarac II 177, 60 = Bouillon t. III pl. 9, 1 = Fröhner, Louvre p. 373/406.

[9] Recherches sur les antiquités de la Russie méridionale etc. par le comte Ouvaroff t. XIII p. 58; cfr. C. I. G. 2096; Latyschev, Inscr. or. sept. Pont. Eux. vol. I p. 161/152.

[10] Bulletino 1847 p. 49. — Anaglyphum nunc Byzantinum («selon les uns provenant de Pergame, selon d'autres de Brousse,

quadam deus anguem e patera nutriens conspicitur. Aesculapi nomen non indi posse mihi videtur statuae Florentinae[1], quae deum sinistra serpentem e patera alentem, dextram tergo imponentem exhibet, cum et pallium dextrum umerum velet, id quod in nullo alio monumento conspicitur, et serpens Claracio teste nostra aetate suppleta sit.

5. *De monumentis quibusdam Aesculapi patera vel capsa medicinali instructi.*

Pateram, dei mortales beantis symbolum Aesculapius ut in anaglyphis Atheniensibus ita in nonnullis monumentis[2] huius aetatis tenet. In aliis autem statuis patera suppleta[3] est, in aliis[4] vas, quod deus tenet, non patera sed capsa medicinalis esse videtur. Aesculapius medicamenta parans in gemma[5] repraesentatur, ubi deus in sella sedens fruges fruticis in fiscina colligit. In nummis Pergamenis[6] et Alexandrinis[7]

d'après une troisième version ce marbre aurait été envoyé de Salonique en 1871 par Fabri Pascha) utrum A. et Hygiam serpentem nutrientes, an Hygiam solam serpentem nutrientem A. adstante repraesentet ex S. Reinachi verbis (Catalogue du musée de Tchinili-Kiosk p. 22/142). «Esculape et Hygie nourissant le serpent sacré qui s'enroule sur un trépied» cognosci nequit.

1 Clarac 547/1153.

2 Antichità di Ercolano VI p. 71, 73. Visconti, Museo Torlonia p. 19/39. — Leake, Suppl. Menaena Sicily p. 165. Mionnet S. V p. 293/78. Mysie, Apollonia, Maximus. — Monumentum quoddam in Annalibus inst. arch. (1864 t. G p. 108; cfr. Bullentino 1864 p. 33, 73) publici iuris factum non Hygiam et Aesculapium sed mortalem, qui in Cereris patrocinium se commisit, reddere crediderim.

3 Clarac 545/1148; Matz-Duhn 60, 62, 85 = Clarac 550/1162.

4 Clarac 560 A. 1160 D. = Matz-Duhn 58 — Schreiber, Villa Ludovisi 101. — Toelken IV p. 215/1197.

5 Toelken IV p. 215/1198*.

6 Mionnet S. V p. 460/1106.

7 Mionnet D. VI p. 392/2778.

ultima antiquae artis aetate percussis Aesculapius patera ad sacrificandum utitur. Quibus in nummis nisi forte mortalem [1] virum Aesculapi symbolis ornatum agnoscimus, Aesculapius locum medici mortalis occupat.

6. *De Aesculapio aegrotos curante.*

Cum iam in Atticis monumentis Aesculapius aegrotos curans repraesentetur, tum, quod ea aetate, qua deus magis magisque in medici locum descendit, monumenta eiusdem generis oriuntur, non mirum est. Tale anaglyphum [2] est, cuius sola memoria in Hirtii libro, qui inscribitur «Bilderbuch» [3] exstat. Aesculapius aegroto adolescenti in lecto cubanti apparens salutem polliceri videtur. Recte Stark [4] simile anaglyphum in memoriam revocat, quod apud Suidam [5] describitur: Theopompus, cui Aesculapius per sommum medicamenta indicaverat, deo anaglyphum vovit, quod eum redderet et sibi apparentem et medicamenta indicantem. Sed silentio non praetermitti debet, anaglyphum, cum neque, ubi inventum sit, neque ubi nunc servetur sciamus neque usquam Aesculapius dextro umero velatus sinistro nudus conspiciatur, fortasse genuinum non esse.

Mirum est, quod nummi Pariani [6] II. vel III. p.

[1] Nummum maioris moduli sub M. Aurelio signatum (Friedländer-Sallet, Kgl. Münzkabinett [2] 1066) ipsum Caesarem sub forma Apollinis vel Aesculapi reddere verisimile est.

[2] Millin, Myth. gallerie t. 32/105 = MW II 777.

[3] t. XI 3.

[4] AZ. 1851 p. 315.

[5] s. v. Θεόπομπος.

[6] Mionnet S. V p. 399/731; p. 401/740. Panofka I 4. Imhoofi-Blumeri liberalitati certas lectiones DEO. AESC. SVB. et DEO ASC. SVB. debeo. Panofka DIO potius quam DEO exhibet. cfr. Head, Historia Numorum p. 459.

Chr. saec. orti exhibent. Videmus virum imberbem in sella sedentem, qui bestiam alterum pedem levantem curare videtur. Inscriptione DEO. AESC. SYB. i. e. deo Aesculapio subvenienti docemur hos nummos ad Aesculapium referendos esse, quamobrem et Mionnet et Panofka his in nummis agnoverunt «Esculape jeune, assis sur un siège à droite, faisant les premiers essais de la médecine sur un bœuf, représenté debout devant lui.» Aliud anaglyphum [1], nunc Vaticanum, aegrotum genu nixum ostendit, qui supplex manus ad Aesculapium ante ipsum stantem extendit. Post hominem stat Mercurius comitans, iuxta Aesculapium tres Gratiae inter se coniunctae. Visconti, Millin [2], Guigniaut [3], O. Müller [4], Gratias actionem gratias agendi illustrare putaverunt. Sed recte Panofka [5] intellexit aegrotum hominem non gratias agere, sed dei auxilium implorare. Gratias autem, cum Hermippus iambographus [6] unum ex filiabus Aesculapi Aeglen esse tradat, trium filiarum Aesculapi partibus fungi putat. Contra Jahn [7] aliis monumentis nixus Gratias significare censet «die dem Genesenen wiedergeschenkte Lebenskraft und Frische als den Ausfluss seiner (sc. Aesculapi) Gunst, sein «numen» in dieser besonderen Wirkung, wobei die Vorstellung der belebenden Heiterkeit, welche den Chariten eigen war, nicht ohne Einfluss blieb.»

[1] Museo Pio Clementino I 32 = MW II 794 = Daremberg et Saglio, Dictionnaire I p. 125.

[2] Myth. Gal. 33/106.

[3] Religion t. 91/313.

[4] Handbuch p. 634.

[5] l. l. p. 350/5.

[6] Schol. ad Aristoph. Plut. v. 701.

[7] Raub der Europa in «Sitzungsberichte der Wiener Akademie» vol. XIX p. 39.

7. *De recentissimis Aesculapi symbolis.*

In nummo Alexandrino[1] sub Lucio Vero percusso et in gemma quadam a Kingio[2] delineata Aesculapius *modio* ornatus est, ut, nisi forte Serapidem baculo serpente cincto instructum esse credimus, Aesculapius hoc symbolum eodem modo, quo Juppiter a Serapide desumpserit[3]. *Bestiolam,* quae in nummus Pergameno[4] Lucio Vero imperatore percusso inter Aesculapium et nudum puerum apparet Panofka «ὗς» dicit et Hygiae vices agere putat. Contra Wroth haud inepte eam *murem* aliquid rodentem esse contendit, ut hic Aesculapius Apollinis Sminthei symbolum habeat. *Zodiacum*, qui in gemma[5] quadam Aesculapium et Hygiam cingit, Guattani[6] ad artem medicinae cum astrologia coniunctam rettulit, Müller zodiacum indicare putavit Aescupium et Hygiam medium mundi locum occupare, id quod Aesculapi cognominis «βασιλεύς» ratione habita verisimillimum videtur.

Suo quoque iure *globum*, qui in nonnullis monumentis[7] Aesculapio attribuitur, significare dominum

1 Mionnet D VI p. 325/2258.

2 Antic gems II 12 6 (p. 48). Num parva statua aenea Berolinensis (Friederichs Kunst u. Industrie 1846b), in qua Aesculapius modio instructus baculo serpente cincto caret, genuina sit, Friederichs dubitat.

3 cfr. Taciti Histor. IV 84/23 «deum ipsum (Serapin) multi Aesculapium, quod medeatur aegris corporibus . . . coniectant». — Z. f. numism. IX p. 170. — Eckhel, Doctrina numm. IV p. 32.

4 Panofka l. l. p. 295 t. II 4; Wroth, Num. chron. 1882 p. 38 t. II 4.

5 MW. II 785.

6 Mon. ined. 1787 p. 57.

7 Clarac 545/1145 = MW II 776. Friedländer-Sallet, Kgl. Münzkabinett p. 252/1032. Cohen I, Méd. imp. III p. 383/161, p. 387/188. Num. chron. 1882 I 21 p. 24.

et regem mundi viri docti putant. Ut Aesculapio Jovis et regis nomen[1] datur, ita Jovis symbolo[2] instruitur, ut Aesculapium, qui iam in antiquissimis monumentis Jovi similis effingebatur, postremo locum summi dei obtinuisse affirmare liceat.

[1] Ζεύς C. I. G. 1198. — Βασιλεύς C. I. G. 5974 B.
[2] MW. II, 8. — Overbeck, Kunstmythologie T. I, 40.

Index monumentorum.

Index artificum.

Index.

Errata.

S. 20/2	statt	355	lies:	118
S. 48/4	»	38	»	262
S. 58/2	»	383/10	»	383/100
S. 64/8	»	341/20	»	342/20